rarius, altiores, fubnudos, angulatos, compreffiufculos, glabros, larte virides, fed bafi ex viridi purpurafcentes, fjperne in ramos paucos laterales fubdivifos. Folia radicalia plura petiolo erefto ùnciali aut biun0ali inftruuntur: ipfa reniformi-co rdata, rotundata, obtufiflima, Integra, glabra utrinque laeteque viridia, latitudine longitudinem fuperante, pollicem unum duntaxat plus minus lata, lineas quinque longa. Braftea ad ramulorum nee non pejunculorum exortuni feffilis, ovata, acuta, integra, fubfeariofa, ex albo aut flavicante rubella* Florum alterni fubdimiatique verticilli racemofe caulem terminant: pedunculi quatuor aut quinque aggregatim fimul ex eoiem caulis fupremi loco egrediuntur 9 inaequales, debiles, nutantes, capiliares> laete rubelU^ lineas duas & tres fubinde longi, atque fub ipfo ftatim flore«modice intumefcentes# Flores hermaphroditi, attamen, licet rariffilnum, in fupremis verticillis hinc inde interjefto mare* Calycis corollaeque divifio, uti & flaminum piftillorumque numerushanc ab omnibus Rumicis fpeciebus quam maxime diftinguunt. Calyci uti corollae foliola duo, nifi uni omnia quatuor tribuas: id (i mavis, calycem tetraphyllum aut corollam tetrapetalam habes: exteriora atque minora duo foliola oppofita, ovato-lanceolata, acutiufcula: interiora illis majora, ovato-fubrotunda, obtufa, integra vero omnia, glabra, laete viridia, aut ex viridi rubella, concava, in planta jamjam fruftefcente fenfim una cum germine elongata atque majora. Sw^sna utplurimum quatuor, rarius quinque aut fex: filamenta breviffima, capillaria, erefta, albida, calycis aut corolla foliolis breviora: antheris ovato-oblongis, pirimo luteolis, atate cairulefcenti-ciner^is, tandem nigricantibus* Stylus breviffimus, vix ullus: ttigmata duo, plumoia, ex viridi rubella, erefta aut fubreflexa* Semina obcordata, glabra, *initio* ex viridi purpurafcunt, state fenfim fufca evadunt.

XIII.

## XIII.

### ERIGE&ON UNIFLORUM,

Erigeron caule unifloro, calyce pilofo. *Linn.JyJt.pag.YS4t AUion, fior. ped, vol. I. pag.* 199. *num.* 72 a.
Erigeron polymorphum. *Scop.flor, earn, edit,* 2. *num. 1062* variet.* i* a«,3.
Erigeron caule unifloro calyce tomentofcP! radiis omnibus femiflofculofis. *Hall. hijt. torn. Lpag. %6.num.* 87.
After caule unifloro, foliis integerrimis, calyce villofo fubrotundo. *Linn. flor. lapp. num.* 307. *pag,* 24a. *tab. IX* jig.* 3.
After montanus caeruleus omnium minimus. *Mori/, Herm. Tournef.*
Afteri montano purpureo fimilis velGlobulariae. *Bauh.hiji. p.* 1047.*Scheuchz. it. IV. pag.* 329.
Conyza caerulea non acris, laevi folio. *Rudb. lapp.* 97.,

Una cum praecedente in editis Schleinizenfibus prope Leohtium jam ad fumma rupeftria praecipitia legi: non infrequens tamen & in aliis Tyrolis, confinisque Carinthias alpibus. Vereor tamen profefto, ut fatis conftantes alpinum inter, & uniflorum Linnaei Erigeron, intereedant limites, certaeque difcriminis notas. Et alpinum caule unifloro fubinde variare, ccrtym indubitatumque, ut Scopolius jam de vera utriusque differentia ambigeret, & lubdubitaret. Sub Erigeronis polymorphi titulo, ill© uniflorum Linnaei ob variabilem ejus habitum propoiuit, pluresque ejusdem allegavit varietates. At ille squonimis progreffus, dum certo certius &. Erigeron acre Linnaei fub varietatibus Erigerontis uniflori, quinto,fexto,nec non & quarto numero comprehendit: a quo diffentio. Quas interim inter utrumque certiora

tiora obfervaverim difcrimina, haec funt: fubalpina loca potius, quam ipfas alpes Erigeron alpinum incolit, dum Erigeronti unifloro altior Igpge fedes. Illi caulis fubramofus, hirfuties atque villofitas in-caule, foliis, calyceque praeprimis multo minor, 4um huic praeter caulem uniflorum fimpliciffiraum folia denfe villofa hirfutieque afpera, calyx eidem hemifphaericus, globofus fere, atrorubens, intra denfam incomptamque hirfutiem fere abfconditus. HJice gaudet perenni, perpei^Jjculari, fubpraemorfa, inaequali, fufca, fin> plici nunc, alias fubramofa, quae fibras copiofas teretes, perpendiculares, •fimplices, fufcefcentes undique fpargat. Caulis ex fimplici radiee unicus^ ex multicipite plures cefpitofe una aflurgunt: erefli hi fatisque firmi, a duobus tribus, raro ad quinque pollices alti, teretes, profunde driati, totiquanti yHlis denfioribus & durioribus hirti, rubentes, atque foliolo uno alterove laxo retnoto lineari inflrufti. Folia radicalia atque ilia, qua? fafciculatim collecla imum caulem ambiunt, plura funt, obovato-oblonga, integro fed & frequentius retufq emarginatoque apice, crafliufcula, caeterum integerrima, erefta, fature viridia, utrinque fed luperne atque margine praeprimis, qua in petiolum veluti decurrunt, villofa, hifpidula, una cum petiolo pollices duos plus minus longa, quatuor, qua latifllma, lata^ Caulina rara, laxa, remota, ad fummum tria aut quatuor, quo fuperiora eo breviofaanguftioraque, linearia, feffilia, acutiufcuia, undique fed margine inr pritris villofo-ciliata*f* fuprema vix lineas quinque longa, lineam unam lata. Flos lerminalis, unicus, pro plantse magnitudine fatis magnus craffusque. Calyx ereftus, fubglobofus, diametro lineas quinque squat, villofus, atque ex atrorubens; fquamae calycis plurium ordinum, imbricatae, ereftae, lineari-lanceolaraB, acuts, villofo-hifpidae: exteriores atque inferiores,. breviores virefcunt, interiores ex atro rubent, lineas tres circiter longae. Radii ligiilai,, dumplantaflores aperit, primo albidae funt, ferius veroexvio-

E. laceo-

lacco purpiirafcunt: indeque floris quoad colorem differentia, purpurei videlicet, cjgriilei, nee non albidi, Hallero atque AUionio obfenrantibus: esdem lineari-oblongs, acuts, ere&o-patentes, fspe ftri&s, apice integerrims, lineas tres circiter longs, lines dimidium lats; tubo tenui, cylindrico, re&o, albo, glabro, infirtentes. Stylus filiformis, erettus, albus, ultra tubum produ&us, bifidus: ftigmata duo, fepius revoluta, alba, fimplicia, ferius uti liguls violacea aut rubella. Pappus feflilis, fiiiip]|pc, pilofus, rube(cens, feminibus longior, fenfimque ultra femiflofculorum tubum produttus. Flores tubulofi, apice quinquefidi, primo luteoli, tandem pinpurafcentes, laciniis er e&is, acutis, tubo cylindrico rc&o albo aut fordide luteolo. Filamenta capillaria ex tubi interiore pariete enata , albida autluteola: anthers erefts, cinerafcentes, apice pervis perforats. Stylus filiformis, albidus, antherarum tubum perforans, bifidus: fligmata erefta aut fubrevoluta, ejusdem cum flofculis coloris4 Semina oblonga, fufca, afpera.

XIV-

## HIERACIUM STATICIFOLIUM.

Hieracium fcapo nudo ramofo, foliis lanceolato-linearibus obfolete- denticulatis obtufis: pedunculis longiffimis unifloris, fuperne fquamofis. _*Al-Uon.flor. ped. torn. I. pag.* 214* *num.* 782. *tab. S**fg.* 2. icon optima.

Hieracium (ftaticefolium) caule nudo, foliis lingulatis, obtufis, fubdentatis, floribus fulphureis. *ViR.profp.pag.* 35. *tab. XlH.fig. I.*

Hieracium caule nudo brachiato, paucifloro, foliis linearibus rariter dentatis. *Hall, hijl* torn. 1. num.* 48. Varietas <c, duni varietas & ad H.porrifolwm pertineat Vide Cl. la Chenal in A&is Bafil.

Hie-

Hieracium cauleramofo, foliis radicalibus linearibus fubdenticulatis, caulinis minimis. *Gerard. prov» pag,* 167. *num.* 5.

Hieracium alpinum foliis anguftis raro dentatis, flore magno, *Seguier. vero* nenf. fuppl. pag.* 270*

Subalpina & montana magis, quam alpina planta, in rupibus calidioribus, locis praeprimis arg^fis, ac lapidum inter acervos hofpitans. At titi aliarum plurium, ita & hujus quoque femina per torrentes alpinos in planitiem usque deferuntur, numerumque illarum ftirpium auget, quae fabulofa, fterilia Ifola? fluvio prope Leontium adjacentia loca, ornant, Botanicoque peregrino, qui excelfarum alpium ftirpes in planitie videre nonconfuevlt, gratum exhibent fpeftaculum, Hujus fori ftirpes fufius enumerare alio loco mihi animus eft, Et Aurtria inferior hujus planta? patria, dum^illam praeterita jam sftate in collibus apricis, arenofis prope 1'hermas Badenfes fatis frequentem una cum Plieracio faxatili *$acq$_t$ ic. rar.* legi. Attamen diu , quo referrem, dub ins haefi. Ab Hieracio porrifolio, planta in Auftrije rupibus fubalpinis non minus vulgari, diverfam efle, vel primo intuitu dubitare non poteram: uti contra nee inficianduni, magnam inter utramque 9 quoad notas charafterifticas, intercedere fimilitudinem. Halleri hiftoria, uti fere femper, & hie dubia difcuffit Utrumque, & Hieracium porrifolium, & alterum flaticifolium mine diftum, ab Illuftriff. Viro egregie defcriptum vidi, licet fub uno numero comprehenderit, fynonymis tamen utrique convenientibus perquam accurate diftinftis ordinatisque. Separandas fuafit utriusque autoptes, Hiftoriae ftirpium Helveticarum dignus reformator Clarifl: la Chenal in Aft. Bafil.: feparavit AUionius nuperrime in ftirpium pedemontanarum hiftoria, & horum ego quoque veftigia fequor. Eft Hieracio noftro radix perennis , Mforrais, teres, tri-aut quadripollicaris, digi-

ti minimi iubinde craflitie, albida aut ex argillaceo flavens, fibris aufta, evulfuque facillima, dum in Hieracio porrifblio ferro ad removenda faxa fere Temper opus fit Folia radicalia copiofa, in orbem expanfa terra incumbunt, lanceolato linearia, acuta nunc , alias cbtufa cum acumine, margine obfolete, obtufe remoteque dentata, faepe denticulate-repanda, craffiufcula; glabra utrinque, hete viridia, fenfim fenfimque, ubliqua non raro direttione, in petioliim bafi amplexicaulem ^bidum attenuata, poliicestres vel quatuor longa, lineas duas aut tres lata. Caulis, aut fcapus potius, qui e centro foliorum radicalium prodit , reftus eft, firmus, a femipedead pedem unuin altus, & altior, utcunque teres, profundius ilriatus, glaber, laete aut ex albido virens, fuperne ramofus, brachiatus, totus quantus nudus, ac folummodo ad exortum ramorum braftea brevi lineari inftruftus, Ramf e caulis medio & fupra paulo duo aut tres numero affurgunt, & hi caulis primarii altitudine, *pollices* quatuor aut quinque alti, ereftopatente^, inferne nudi, verfus florem paululum {enfim intuinercentes, fquamisque brevibus alternis obfiti, glabri, teretes, ftriati, in ipfa fummitate obfolete triquetri,firmi, rigidiufculi, apice unicum florem fuftinentes. Flores fpecioli, dilute flavi, exmajoribus hujus familiae, diametro facile unciam unam cum dimidia aut uncias duas aequant. Calyx ovato-cylindraceus, ereftus, fquamis conftans imbricatis, ereftis, parallelis , linearibus, acuminatis, intus canaliculatis, dorfo ex atro-viridibus, glabris, nee non fubhirlutis, interioribus majoribus lineas quatuor circiter longis, lines dimidium latis: infimae feu potius accefforias multo breviores, laxx, lineares, acutae, in pediinculos fenfim alternis intervallis decurrunt Ligulae utrinque dilute flavcB, patentes, ex lanceolato-oblonga?, apice acuta?, quinquedenticulatje, lubtiliter ftriatae, lineas ofto longs , lineam unam circiter latae: tubo cylindrico, refto , albo, villofulo, linearum trium circiter longitudine^ Fi-

la-

lamenta breviflima, capillaria, alba, ex tubi fauce produ&a: antheris fulphureis, perforatis. Stylus filiformis ultra antherarum cylindrum produ&us, bifidus, ex albo flavefcens: ftigmata duo, revoluta, flava. Pappus (implex, feffilis, pilofus, feminibus duplo & triplo longior, Semina oblonga, fufca, profundius ftriata. Varietas plants foliis fubtus (uti in Primula farinofa) albidis farinofis non rara iisdem locis,

XV.

SILENE SAXIFRAGA.

Silerre caulibus fubunifloris , pedupculis longitudine caulis, -floribus hermaphroditis femineisque, petalis bifidis. *Linn. Jyfl.* ^4 a a. *AUion.flor.ped.* ***torn. II. pag.* 83 *num.* 1582.**

I ychnis faxilraga, *Scopoiflor. earn. edit.* 2. *num.* 5*0. *pag.* 308. & Lychnis floribus trigynis ereftis, capfulis trilocularibus, foliis linearibus, *Ejusd,* ***flor, earn. edit. I. pag.* 503. *num.* 6»**

**Lychnis minor Saxifraga. *Pluk. almag. hot. Seguier. veronenf.p.* 431. *tab. VI.*** *fig-**•

Lychnis fruticofa anguftifolia minima montana, flore albo. *Bocc, muf. pag.* 81. *tab** 71.

Saxifraga antiquorum quibusdam. *Bauh. hift. Ill p.* 338. *Ry>* *hifl** *vol. 1L*

Caryophyllus faxifragus, C. *Bauh. pirn* a n .

Saxifraga magna Matthioli & Italorum. *LoK icon.* **4a8.** *Pon.* 176".

 An-

Auftralioris Europe dvem in rupium calcarearum ilia catena , quae ad pedem ardui M. Rauchkofel prope Leontium, ab Anibloch verfus Jungbrunn interrupta ferie continuatur, non raram legi, plures gratas inter ftirpes , ex quibus primi ordinis uti Paederotam Bonarotam, Potentiilam caulelcentem, Saxifragam Burferianam cum Rhododendro Chamaeciftus folummodo nominafle fufficiat Duro hoc atque fitiente lolo intra anguftiflimas rupium rimas modica humo repletas, radices fuas dimktunt, ac proinde cum difiicultate eruendae. Radix perennis, fublignefcens^ articulato-nodofa, fordide flavens, ramos in omnem ambituni inordinate fpargit plures, cauliumque communiter denium cefpitem annuatim profert: filiformes hi, proftrati quaquaverfum, aut decumbentes, debiles, digitales, femipedales, longiores etiam, teretes, glabri nunc, fubpubefcentes & afperiufculi alias, pteprimis in juniori planta, laeteque virides. Folia per inter valla, ad fex aut otto conjugationes oppofita, linearia, acuta, integerrima, glabra, ls-\Q viridia utrinque, unciam unam vel unam cum dimidia plus minus longa, vhc lineam lata. Flores terminates utplurimum bini in pedunculis erettis, feretibus, filiformibus, glabris, elongatis, & caulis longitudine, unciarum trium quatuorve: nee tamen rara plantae caule unifloro fpecimina# Calyx inonophyllus, oblongus, fuperiora verfus craffefcens> clavaeformis, quinquedentatus, ilriatus, glaber, ex flavo virens, lineas quatuor vel quinquelongus* Corolla pentapetala, unguiculata; limbo piano, patente, fupernealI>o, inferne ex albo aut viridi purpurafcente, aut cum virore flavo: petala profunde bifida, (egmentis oblongis, obtufis; patentibus, integris, lineas duas circiter longis, lineae dimidium latis, ungue albo refto calyce longioJI\ Auricula duae parvae in quovis petalo ad marginem faucis patentis dilatataeque, ex ovali-oblonga, albae. Filamenta decem, fubaequalia, capillaria, alba, unguibus petalorum nonnihil majora: antheris ovatis, flave-

fcea-

fcentibus. Styli tres, eretti, albi, petalorum unguibus longiores: ftigmatarevoluta, divaricata, plumofa. Germen bafi fubhexagonum, glabrum, laete virens. Capfula trivalvis, apice dehifcens, glabra, flavefcens, ultra calycem fenfun maturefcentibus feminibus product. Seraina plurima, rufa.

## XVI.

### AQUILEGiA ALPINA,

Aquilegia neaariis re6lis$_9$ petalo lanceolato brevioribus. *Linn.fyjl.p.* 505. *AUion,flor. ped. torn, II. num.* 1508. *tab. 66**

Aquilegia foliis trilobatis, Jripartitis linearibus, caule paudfloro. *HalLhifL torn. ILpag.* 89. *num.* 1196*

Aquilegia montana magno flore. *C. Bauh. prodr. p.* 75. *Bauh. hiji. tom.UL p.* 484. *Scheuchz. it. L pa<>.* 31. *Tournef. inji.* 428.

Pleraque plants elegantis fpecimina Augufto menfe, feminibus jamjam maturefcentibus onufta legi, & rari admodum fiipererant flores, ad quos fequentem concinnare defcriptionem liceret. Non alpinis (trifle adnumeranda, qua glareofas rupium calcarearumdeclivitatesad pedes alpium magis incolit, quam excelfa earundem loca. Alunt hanc rupes alpium Ortenburgenfium prope Spital fuperioris Carinthis* Item prsrupti illi parietes Ortenburg inters Draburg, ad ripas Dravi, qua fcalaris afcenfus, non periculo carens, in vallem Gilienfem ducit. Eadem una cum prscedente abundant rupes ad pedem alpium Leontinarum prope Leyfach & Clausl, qua perquamardusKirchbaumenfes, & vicins Luggavienfes alpes fefeattollunt Montanam Halleri ^quilegiam Nro. 119^ Plantam meam effe, primo

primo intuitu agnovi, dum contra erronea Linnsi, Aquilegis fuae alpins, definitio aliquantifpcr dubia moveret. Ne&ariis eteniin ilia re£Hs prsdita dicitur, qus mes & Hallerians plants, perinde uti Aquilegiae vulgari incurva, ut, monente Illuftriff. Viro, a nettariorum figura, nota difcriminis petinequeat, quae fufficiat diftinguendis plantis. Icon Allionii loco citato laudabilis, fed ab exemplari aequo majori vel rariflime obvio (fi non plants in horto cults?) defumpta videtur, ut difficilius adjjnofcatur, id quod conferenti cum vivis plants fylveftris fpeciminibus patebit cuique, Radice eft, an non perenni? fublignofa, obliqua, tereti, ramofa, quinquepollica• ri, & femipedali, fufca, fibris inftru&a ramofis, concoloribus, capite vero petiolorum prsteritorum annorum exuviis fetofis aut fquamofis coronata: fimplex ut plurimum, fed annofior multiceps. Caulem ita hsc junior profert unicum, adultior plures, ereftos, a {emipedali altitudine cubitalem fubinde squantes, teretes, tenues, glabros, rarius fubpubefcentes, lste aut ex glauco virides, in ramos fuperne cooimuniter binos, ere£to-patentes^ cauli fimiles, •bunifloros divifos. Radicalia folia, quorum plura femper in fafciculos collegia caulis imam bafim undique ambiunt, longis gaudent petiolis, ereftis, teretibus, rigidiufculis, glabris, lste viridibus, bafi dilatatis fibique imbricatim incumbentibus, pollices tres quatuorve fuperantibus. Ipfa folia divifione mire ludunt. Nunc, & inter conftantiora hsc pertinent, biternata funt, foliolis omnibus feffilibus, intermedio obovato-cuneiformi, trifido, lateralibus oblique cuneatis, bilobis, Eadem alias fimpliciter ternata, foliolis, qus antea ternata erant, nunc fimplicibus,longius petiolatis, omnibus obovato-cuneiformibus, aut ex cuneiformi-fubrotundis, trilobis, obtufiffimis, lobis bafi confluentibus* Nunc, & hsc non rariffima, biternata denuo, at foliolis cuneiformi-anguftatis, lanceolato-linearibus, intermedia fubpetiolato trifido, lateralibus feffilibus, bifidis, lobis aut laciuiis fubparalle-

lis;

lis: ut *Sc* folia notas a?que infimas inconftantesqiie fuppeditare non immerito judicem. Foliola vero obtufa in omnibus, craffiufcula; fuperne laetius viridia, glabra; dorfo pallidiora, glauca, fubpubefcentia, atque reticulo venofo pifta: petiolis partialibus teretibus, late vhidibus, glabris, plus minus pollicaribus. Folia caulina, unum. aut rarius duo ad ramorum exortum fubfeffilia, petiolo videlicet infrrufta breviffimo, vix ullo, bafi dilatato, vaginato, atque un^belliferarum in morem amplexicauli: & ha?c biternata, foliolis omnibus linearibus acutis ir.tegerrimis, intermedio longiori nonnihil, majorique. Supremum denique fimpliciter ternatum, foliolis prioribus fimilibus» Flores fpeciofi, pulchre fed profimdius caerulei, in caulis atque ramulorum, fi qui adfint, fummitate folitarii, nutantes: unicus fxpe in tota plaata, frequentius duo, vix ultra tres. Pedimculi fub ipfo flore leviter intumefcunt, inclinati, hirfutie nigricante fatis confpicua obdufti, hec.non bra^leis fuperne lanceolatis, alternis, acutis, ereclis , lineas tres longis & vix lineam latis obfiti. Petala quinque, acqualia, ovato-lanceolata, acuta, patentia, plana, verfus apicem modice reflexum paululum fuperne canaliculata, lineas quinque longa, tres circiter lata, ungue bre'vi germinis bafi inferto intus aquofiffime & ex albo caerulefcente, extus caeruleo, Ncflaria quinque, tubulofa, corniculata, incurva, cum petalis inferiori paulum loco enatis alterna, iisdemque perpendiculariterinfiftentia: orificio eorumamplo patulo, ovato, obtufiflimo, fubemarginato, fenfim inferiora verfus, fed fimul interiora, anguftato atque in calcar conicum apice obtufum proclufto. Connivent cornua apicibus fuis, & tota ne&aria petalis paulo breviora funt. Filamenta fatis copiofa, fupra triginta, inaequalia, erefta, filifounia, fubulata, bafi dilatata, alba, fuperne violacea: antheris oblongis, flavis aut ex flavo virentibus. Stylos quinque, nee non quatuor numero. teretes, filiformes, ereftos, albidos, filamentis aequales: ftigmata fimplicia, albi-

f da:

da: germina totidem ovato-oblunga, ere&a, fubhirfuta. Capfulae quinque, univalves, latere interiore prope bafim unitas, cohaerentes, fuperne liberae: ere£be caeterum, oblongae, introrfum dehiicentes, fufcae, ftriis transverfis notatae , acuminatae aut roftratae potius, apice extrorfum produtto.

Attentiori examine inftituto, &collatis inter feplantis, nonnulla alia majoris momenti difcrimina, *8c* conftantiora obfervavi, quibus vacillantem atque mancam Linnaei definitionem firmare non inconfultum foret:

Aquilegia (alpina) neftariis incurvis, petalo lanceolato brevioribus: caule paucifloro: foliolis lateralibus feflilibus, lobis linearibus parallelism

Et Aquilegia (vulgaris) neftariis incurvis, petalo fubaequalibus : foliolis omnibus petiolatis, lobis fubrotundis obtufiflimis divergentibus.

XVIL

LEDUM PALUSTRE. *Linn.fyfi.pag.* 404.

Ledum foliis fparfis linearibus margine revolutis fubtus rubiginofis: floribus decandris. *Deftituitur enim adhuc Jyftema vegetab. Ledo latifolh^j-acquiniipentandro, brevi prodituro, & Ledo gmnhndico. Flon dan. tab.* 567. *Retz. prodr. flor.fcand. num. 436. feu Rhododendro daurico Linn, cujus generis ex RetzvL obfervationibus non eft.*
Ledum rofmarini folio. *Rupp. 2* edit. p. 126.*
Spiraea odorata* *Rivin.*
Rolmarinus paluftris. *Till ah* 59. *ic.* 15a*

a-

Ciftus Ledon foliis rofmârini ferrugineis. *Bauh, pin. 467.*
Rofmarinum fylveftre Matthioli. *Cam. epit. p.* 545.
Ledum Silefiacum. *Clu/.pann.* 69, *& hi/}, ejusd, i.p.* 82.

Speciofi atque vilui grati fruticuli natales nonnifi turfofa, paludofa, fepe cum periculo accefla loca. Vulgaris ille quidem in toto Septentrione, fed an ullibi quam in Bohemia vulgatior, dubito, quas immenfam ejus copiam alit. Primaria folummodo & eo feraciflima loca indicaffe fufficiet. *In dem wüflen Teiche* Hirfchberg oppidum inter & Kummern ad pedem montis Befig, & verfus Weiswafser, magno atque amplo illo pifcinarum pnegrandium uliginofo ambitu, ut & ad oras paludum ftagnorumque ifthic valde Trequentium, cum Vacciniis Oxycocco & uliginofo, *8c* .Andromeda polifolia. Item *aufder faiden Wiefe* prope *Bohmifch Kamnitz. Sed* & rupes, utut rarius, fphagni paluftris denfiffimis ftratis teftas, perpetuoque aquarum ftillicidio madidas afcendit, ut & ericeta altioja uliginofa. Similibus locis in tota ilia rupium catena, qua d patria urbe *Kreibitz* verfus *Rennersdorf, Vittersbach* & *Windifch Kamnitzmlenuytim* decurrit vulgatiffimum, Majo, & Aprili menfe jam in finem vergente florentem legi. Radice nititurperenni, longe horizontalifer fub fphagni paluftris ftratis excurrente, inordinate ramofa, & bipedali, tereti, calami majoris craflitiem vix fuperante, attamen lignofa, compafta, dura, albida aut flavicante extus, fibrisque rarioribus defcendentibus, 6^ his fibrillofis, lixiufcule firmata. Unum, plures hac in fu6 decurfu profert caules, pedales, cubitales, & ultra, undique difFufos, flexuofos, afcendentes, firmulos, ultra lineam craflbs, fuperne ramofos; cortice inaequali, fcabro, a foliorum praecedentium annorum infertione tuberculofo, cinereo aut fuicefcente teftos: ramis alternis fuberecliufculis, bafinudis, iufcefcentibus, verfus fu periora tomento denfo

rubiginofo obfitis* Folia recentium atque tenellorum ramulorum extremitates occupant Rorifmarini foliis valde asmula ut certo certius fcriptorum antiquioris <TVi denominatio originem inde duxerit: & haec linea*ia , rigidula* fparfa confertaque, obtufiufcula, margine revoluta, breviflimo atque lineari inflm&a petiolo, facie faturatius viridia fubnitida rugofula, fulcoque longitudinali in medio exarata, dorfo vero lanugine ferruginea denfa tefta, nervo albicante prominulo, pollicem unum aut unum cum dimidio longa, lineas duas & ultra lata: fuperiora patent aut paululum eriguntur, inferiora apicibus deorfum ipeftant. Florum corymbus terminalis, ereftus, fimpliciflimus, convexiufculus, viginti 8c ultra florum: pedunculis ereftis, filifonnibus, inaequalibus, unctalibu5, & biuncialibus, valde tomentofis, flavefcentibus, unicum (ingulis apice florem gerentibus: iidem florentes erefcli, fruftiferi declinati, &per triennium faepe una cum capfulis perfiftentes* Braftese in fummitate ramorum pedunculos diftinguentes decidua?, ovatae, obtufae, extus convesse, jj^biginofae. Flores albi, aut ex albo luteoli, ut injufte Clufius carpat eum, qui fublutei coloris effe, merito afTerere non eft veritus. Calyx planus, fubrotundus, quinquedentatus, fed adeo minutus, ut lente vitrea opus fit. Corolla plana, pentapetala, nee quinquepartita: petala erefto-patentia , squalia, ovato-oblonga , obtufa, concaviufcula, ultra lineas tres lohga, lineam unam aut unam cumdimidia lata* Filamenta decem, alba, filiformia, alteme breviora, fubincurvata: omnibus tamen corolla longiora: breviorfPquinque unguibus petalorum infident, dum reliqua prodeant ex petalorum interftitiis. Anthers oblongs, flavefcentes. Germen ovatum, fuperum: ftylus unicus, ereftus, teres, filifomiis, albus, perfiftens, filamentis bevior: ftigma obtufum, capitatim). Capfula primo erefta, tandem una cum pedunculo declinata, quinquevalvis, unilocularis, bafi quinquefariam dehifcens, ore anguftiore pervio quinquedentato: val-

vular

vulae ovato-oblonga?, utrinque obtufe, apice coharentes, glabrae, fufcae. Semina copiofa, tenuiflima, pulverulenta, rufa. Id peculiare fummitatibu ramorum hujus fruticuli, quod abfoluta fru&ification novos ex latere protrudant ramulos tenellos, duos & tres numero, futuro anno floribus onuftos, ut *corymhi* labentis anni reliquia;, & per triennium perfiftentes, anno fequenti non jam in fummitatc, fed in axillis dichotomis trichotomisque ramulorum, fenfim ita elongatorum, confpiciantur. Bohcmis lingua Germanica utentibus *Zeitheide dicitur* , dum alibi *wilden Rosmarin, Heiden Bienkraut, Postkraut* &c. appellant Odor planta;, prjeprimis florentis, gravis, penetrans, fortis, caput tentans. Exigui apud nos ufus: tineas enecatgraveolentia fua, hinc veftimentis adponunt, qua ab iis immunia fervat, *Cimices* quoque odoris vehementia fugari ferunt. Dalekarli humuli loco cerevificB incoquunt, Linnaeo tefte, fed ea cito temulcntiam cum Cephalalgia inducit. Et in Saxonia perniciofum ilium morem invaluifle Ruppius. Nee in Bohemia quibusdam locis nefarium aufum exolevUTe in integrum, avida nimis & frequens ejus a mulierculis rhizotomis colleſtio, fufpicionem movet. Sueci decofto boves, & fues morbo pediculari liberant, & mures a collegia meffe eodem arceri item Linnaeus refert. *A* Silefiis decoftum ad articulorum contraftiones cum felici eventu adhiberi Clufius narrat, & vidi proficuum in arthriticis & rheumaticis doloribus apud eosdem.



XVIII.

## XV11L

## POLYPODIUM MONTANUM,

Polypodium fronde tenera triangulari, triplicate-pinnata: pinnulis pinnatifidis, fegmentis ultimis oblongis, obtufis, apice argute bifidis, trifidisque. *Allion.fior.ped. torn. II. pag. 2S7* num.* 2410. *Lam, fior.franc, torn. I. pag.* 23.

Polypodium Myrrhidifolium. *Mygind & Dick*

Polypodium triplicato-pinnatum, pinnulis tertiis iemipinnatis, lobulis bifidis. *Hall hifl. torn. HLpag. 16. num.* 1710.

Filix montana ramofa minor argute denticulata* *Vaillant. pag.* 53* *Raj. ſyn-jpfpag.* 27.

Filix alpina Myrrhidis facie Cambrobrittanica. *Plukn. almag. tab.* 89. *fig** 4- Satis bona, fed a juniori fpecimine defumpta.

Filix Rhaetica tenuiflim^divifa. *Bauh. hi/I. torn. HI p** 740. Ex Halleri fide, led figura pefliaia*

Et in auftriacis alpibus fupereffe fpicilegium, elegans hsc non minus quam rara polypodii fpecies, cum plufculis aliis nuperrime deteftis ftirpibus demonflrat: etfi jam Clufius, mine Jacquinius, Crantziusque 9 & plures alii argutiflimi Botanici angulos earum perreptaverint omnes , ut exhauftas omnino credidiffes* Naicitur hsec in opacis umbrofisque fylvarum fubalpinarum, editiori jam loco, ut inde breve iter · ad nuda alpium dorfa: fie in fylva quae Schneeberg, & monti fubalpino Gans interjefta, ad latera Schneealbl, qua via in celebre illud prascipitium (ife *Saugrube)* ducit, Campanulam pull am, Juncum maximum, & Corallorhizam inter. Eadeni me po-

ftea

flea in afcenfu ad alpes Tyrolenfes fimilibus locis multo frequentior ialutavit Tenerje valde atque debili Filici radix eft perennans, repens, horizontalis, fatislonga, teres, calamum crafla, ex fufco nigricans, in ramos nonnullos laterales aeque longos fine lege divifa, fibrisque fimplicibus & ramofis concoloribus pluribus donata. Stipites hasc in toto longitiidinalifuo decurfu emittit plures, inaequalibus intervals a fe invicem diftantes, bafi modice reclinatos, latefcentes hinc, utut debiles, ere&iufculos tamen, femipedales, & altiores, fubflexuofos, graciles, fere filiformes, latere uno convexos rotundatos, altero paululum complanatos fulcoque inmedio longitudinali exaratos, &'hos fragiles bafi purpurafcentes, fquamisque furfuraceis rarioribus obfeffos, fuperne nudos, laete virides, glabros, Frons circumfcriptione triangulari continetur, utiin P, Dryopteride aeque fere longa aclata, quinque videlicet & fex pollicum: planiufcula casterum, acuta, glabra, laste per omnia viridis, triplicato-pinnata, flaccida, debilis, mollis, quibus ultimis notis a congeneribus fere omnibus noftraijihus diflinguitur facillime. Foliolorum primaria paria feptem & o&o circiter numero, quorum infimum verfus anteriora fibi adproximatum reliqua fuperat magnitudine: quo altiora, eo fenfim omni diametro minora fiunt, magis alterna, dum inferiora plerumque e regione fibi oppofita fint, aut breviflimis intervallis alternatim fibi fuccedant: ftipite ad eorum originem compreflb piano: fuliola haec ex ovato lanceolata, acuminata, erefto-patentia, utrinque pinnas feptem & ofto circiter adneftunt, alternas fenfim decrefcentes, quarum ilia*. in exteriori ferie pofits, illis in adver(o ejusdem folioli latere, conftanter majores funt. Eaidem lanceolate, acute, ab uno ad duos pollices longae, nervo fubdilatato, foliaceo, iterato pinnate. Pinnule alterns,' quinque & fex in eodem latere, bafi latiore foliacea feffiles, atque cum nervo confluentes, fubparaUels, oblongs catferum, nee non fublanceolatae, & ipfe denuo nur-

ginc

gineincifae, pinnatifidae: fegmentis quatuor & quinque circiter, apice obtufis acute bi - & tridenticulatis. Incifionis tamen gradus in pinnulis ultimis variant, ut in majoribus plantae fpeciminibus, & has non pinnatifidas folummodo, fed vere iterato pinnatas, totamque frondem quadruplicato-pinnatam faepius viderim. Acervuli feminales in averfa frondis pagina inordinate fparfi, fed diftinfti taiiien omnes, fubrotundi, albi aut ex albo flaventes, a tribus ad quinque, in quovis ultimo pinnularum fegmento,

## VERONICA ALPINA.

Veronica corymbo terminali, foliis oppofitis, calycibus hifpidis. *Linn, Mi. pag.* 59. *AUion. flor. ped. torn. 1. pag.* 74, *num. 269.*

Veronica caule fimplici foliis ovatis, glabris, fubferratis: fpica pauciflora. *Hall. hijl. torn* I pag>* 235. *num.* 544. *tab.* 15* *fig, a.*

Veronica alpina caerulea bellidis folio non ita craffo, vix crenato caule foliofo. *Burfer. in afl.fuec. pag.* 508.

Veronica quaedam foliis glabris. *Scheuchz. it. IV. p.* 342,

Teucrium VI. pumilum. *Cluf. hifi pag.* 350. & *Ejusd. pann. p. 616.*

Ex vulgatiflimis plantarum alpinarum una, locis duris, atque faxofis nafcens, ut nullum pinetutn alpeftre, pafcuum nullum fit,-in quo non reperias abunde, & taediofum certc foret eas omnes enumerare alpes, in qtiibus viderim: alpicolisStyrias fors adverfus incantationes ? *Befchreykr'dutkin* difta. Radix ei perennis, horizontalis, teres, geniculata, albida, pollicem unum vel duos longa, fibris verticillatini e geniculis egredientibus ftipata

patapluribus, fimplicibus albis. Caulis inde unicus, ereftus, a tribus quatuorve pollicibus & femipede, utut rarius, **tiltior,** fimpliciflimus, teres, geniculatus, bafi ex rubello viridis, pubefcens, fuperne, & id pneprimis ad racemi exortum, hirfutus, nigrefcens. Folia alterne oppofita, feffilia, ovata, olitufa, integerrimo mine, alias obfeure minuteque crenato margine, lste viridia, dum juniora fuperne leviter hirfuta, adultiora utrinque glabra, unciam fere longa, lineas quatuor & quinque lata. Flores parvi, inconfpicui in corymbo *(ft corytnhi* nomine dignus ?) ant racemo potius termirali brevi, aetate fenfim elongato: ilorum circiter · ofto aut decem: inferiores remoti, alterni ; fupremi adproximati congeftique magis. Pedunculi breves, linear um duarum, nee ultra, teretes, erefti, toti quanti hirfuti, profundius & e nigro purpurafcentes j bracTeis ovato-lanceolatis , acutis, hirfutis, florum pedunculis longioribus, diftin&i. Calycis tetraphylli foliola fubaequalia, lanceolato-ovata, obtufa, ex atro viridia, dodo & margine inprimis ciliato hifpida. Corolla monopetala, quadripartita, aquofe & inc-leganter cjerulea, verfus faucem albida: laciniaHnfima & lateralibus duabus fere atqualibus, ovatis, acutiufculis, patentibus, lineam circiter longislatisque: fuprema reliquis majori, fubrotunda, obtufa, crenulata. Tubus ^reviflimus, cylindricus, obtufus, albus, calyce brevior. Filamenta duo ex tubi orificio enata, corollae fegmentis a?qualia , erefta, fubulata, fubconniventia, alba: antheris fubrotundis, luteis. Stylus filamentorum longitudine, teres,"cylindricus, declinatus, albus: ftigmate fimplici, obtufo,albo. Gerinen ovatum, compreffiufculum, laste virens. Capfulaobcordata, emarginata, glabra, fuperne compreffa, bilocularis, polyfperma, profundius & ex atro virens.

# XX.

## EPIL0B1UM ROSMARINIFOLIUM.

Epilobium floribusinacqualibusftaminibus piftilloque declinatis: foliis ere&is, fparfis lineari-anguftiflimis, apice callofis mucronatis. Epilobium Dodonaei *Allion.fior. ped. torn.* ***I.*** *pag.* **279.** *num.* ***1016.*** *Fill, pro/p. p.* 45.

Epilobium flore difformi foliis linearibus. *Hall. hi/L torn. I. p.* 427, *num.* 1001.

Epilobium anguftifolium fpicatum , foliis integerrimis linearibus fafciculatic *HalL emend, pag.* **408.** *num.* 2.

Epilobium foliis alternis linearibus ftylo declinato. *Scopol flor. cam. ed% 1. p* 25%. num.* 3. *& edit. 2. p.* 271. *num.* **456.**

Qiamacnerion alpinum anguftifolium flore purpureo* *Scheuchz. it. I* /M£. 33. *& it. IV. pag.* **332.** *Tournef. inft>* **302***

Lyfimachia filiquofa fpeciofa anguftifolia. *Bauh. hft. torn. IL p.* 907.

Lyfimachia Chamaenon dicta alpina. *Bauh. pin.* 116.

Pieudolyfimachium purpureum minus. *Dodon. pempt.* 65.

Rariorum plantarnm Carinthiae Tyroli^que conterminal cataloged nova haec inierenda venit, lefta in arenofis, prope Leontium in Ifolae Dravique ripis fatis frequens, Julio & Augufto menfe florens, femina oeptembri maturans. Hanc ex paucis illis novellis, qua) iuperfunt, plantis, reliquerat Ven. Wulfenius, ut me inventore, qui magni in arte magiftri velligia fecutus eram, publici *juris* fieret: dum caeterum indefeffus ejus labor, atque repetita ad vicinas alpes itinera, agri Leontini divitias, jam pene omnes ipoliaverant. Non fteriles glurea*, & alvei fluviorum fpeciofe plants primi & genuini natalcs funt, cujus duntaxat femina ab aitiori longe fede

per

per torrentum alpinorum aeftus frequentes, atque inundationes delata, heic cum plurimis aliis, editiflimarum alpium ftirpibus, adeo feliciter germinavere, ut jus civitatis quodarnmodo annos adepts viderentur. Et mirandum certo, quants peregrins divitis exiguoillo planitiei circa Leontium traftu contineantur, quas alias in fumtnis alpium jugis unice reperias, fHic legas perotium, & fine anhelofo itinere, in alpium confpelhi, abunde Artemifiam glacialem & fpicatam, Phacaoi alpinam & auftralem, Aftragalos campeftrem, Uraleniem, alpinum & Leontinum, lstiflime vegetantes etfimcnfe uno, aut duplici fere floreant citius. Item Saxifrags autumnalis latos cefpites, Veronicam faxatilem & fruticulofam, Gypfophilam repentem, Achillsam odoratam, Antirrhinum alpinum cum fonnofa ejus varietale, nee in alpib-us antea vifa, flore toto csruleo, nec,fauce, uti confuevit, cinnabarina* Et Hieracia porrifolium, una cum ftaticifolio &. glauco Allicnii. Mitto impenetrabilia Hippophaes rhamnoidis dumeta , qua: ftudio fata atque culta ad vitium usque videtur, Betulam montanam Halleri Nro. 1631., & Salicem Nro. 1655. Ejusd. & plures alias, qua mente exciderunt. l)enique & Vaferianam fupinam iisdem locis femel legit V^T^enerabilis P. Marcus Mayer, cujus eximia in patriat Floram funt merita. Quidni arenofum folum plantis alpinis in hortis botanicis tam difficulter alendis aptiu^ effet, quovis alio, & turfofo? Id ex hac obfervatione non absque onini certitudinis gradu concludere licet, experimentis comprobandum. Sed ad plants dekriptionem redeo. Radice gaudet perenni, craffa, lignofa, ramofa, brachiata, fufca aut.ex fufco nigricante, capite quam maxime multicipiti. Cau*ies* ea confertim plures promit ereftos, cubitales tripedales, & altiores, fublignefcentes, teretes, glabros, totos purpurafcentes, fiiperne levi albo tomento obduftos, fimplice* nunc, alias ab ima jam bafi ramofos: *nmis* totidem quot foliorum axill*, alternis, ereais, cauli ^ualibus, eidem-

que fimilibus, apice floriferis. Folia alterna, fparfa, a ramulis brevibus foliofis adeo conferta, ut facile, & cum exculabili errore cum Illuft Halle* ro fafciculata dixeris, quae tauten non funt: & hsc linearia, erefta, rigidiuicula, apice callofo purpurafcente brevi inftrufta mucrone, marginibus fubrevolutis, atque perquam obfcure obiterqiie denticulatis: glabra caeterum utrinque, fuperne laete aut ex flavicante viridia, fubtus pallidiora reticulo venofo pifta, pollicem unum aut fesquipollicem longa, linea una plerumque anguftiora: fuprema laxiora, fed ftrifta magis. Racemi terminales in caule atque ramis frequentibus, fpeciofi, laete rofei, non vulgarem ftirpi gratiam conciliant: florum in quolibet decem aut duodecim, vix plurium. Pedunculi uniflori, erefti, angulati, inferne laxiores, lineas tres quatuorve longi: omnes braftea lineari, caulinis foliis fimili, ad bafim inftrufti# Co-roKs fupers, inaequalis, & paulo ultra femipollicem diametro aequantis, petala quatuor, utrinque laete rofea, ovata, obtufa, patentia, margine" fiibcrenata aut integerrima, concaviufcula , lineis verfus bafim profundioribus pifta, tres aut quatuor Ifneas longa, duas circiter lata. Calyx quadrifidus: fegmenta corollas petalis paulo breviora, patentia, lanceolato - linearia, acutiulcula, ex atro purpurea, ad bafim tomentofo-albida^ Filamenta ofto, inaequalia, alterne breviora, aquofe rubella, verfus inferiora declinata, utrinque apice nempe, & bafi modice dilatata, compreffa, in medio anguftiora, calycis fere longitudine. Antherae ovatae, obtufiufculae, e cinereo purpurafcentes, aetate tandem totae cinereae. Stylus teres filiformis deflexus, verfus apicem fenfim incraffatus, clavseformis, aqucfe rubellus, filamentis aequalis: ftigma obtufum, quadrifidum vel quinquefidum, revolutum, purpuralcens. Capfula infera, longiffima, erefta, obtufa, obtufe tetragona, ftriata, quadrilocularis, ex albido tomentofa, ab uno ad duas pollices longa, linea^i circitercrafla, Hoc fubtexendum habeo: iualeScopolius

plan-

plantam in Flor. earn. edit. i. pro Epilobio angutofolio Linn, propofuerat. Agnovit errorem poftea, & in editione fecunda corrigendum monuit: at nefcio quo fato, in alium rurfus priori majorem incidit, dum cum Epilobio paluftri Linn., planta diverfiflima, de novo confunderet: immemor propriae obfervationis, plants iuae piftillum effe declinatum & petala integra* Qui haec confentiunt?

## XXI.

OPHRYS LOESELIF.

Ophrys bulbo fubrotundo: fcapo nudo triquetro, ne&arii labello ovato. ***Linn. fyjl. pag.* 813.**

**Ophrys *9i<pv\Kos* bulbofa. *Loefel flor, prujjl p. 130. tab.* 57. *icon optima.***

Bifolium bulbofum. *Dodon. ic,* 242.

Ophrys bifolja bulbofa. *Bauh. pin, pag,* 87*

Uliginofa, fpongioiaque ilia loca inhabitat, quse Jacus Peifonfs *(Neufiedler-Seė)* in Huogaria oras notabili fepe intervallo undique cingunt, quaeque hinc inde non fine fubmerfionis periculo adeas. Verum ea non foium Botanicos hue allicit; & alias funt non minus grata;, defideratzeque f*v*· pes, qua hie proveniunt, Jacquinii operibus celebres: uti Cyperus Pannonicus, AnthoxantHbm aculeatum (novi generis potius quam Anthoxanthum, quam Phleum) Orchis paluftris, & non longeinde in collinis Echium rubrum, cum Vicia ferratifolia. Ophrys noftra radix bulbus eft, a bulbis fua; g ntis nonnihil diverfus: ovatus **ille** fed compreflus, fuperne anguftior contra£lus, bafi fibris plurimis albis radicatns: extus vero fquamis laceris, tabidis, albi-

dis, aut fordide flaventibus iaxe veftitus: his detra&is fuperficie ex albo virens, ftriisque anaftomifantibus elevatis, Antholyzarurn fere in moreift variegatus. Ex hujus bafi fed anguftiffimo bulbi compreffi latere, icapus re fta affurgit, a tribus ad quinque pollices altus, bafi ad bipollicare circiter fpatium vaginis foliorum radicalium, fquamisque aliis acceflbriis virentibus imbricatis, veftitus, parte ilia foliofa valde compreffus, anceps fere, nuda vero inferiori parte trtqueter, nee trigonus, planis utpote lateribus, angulis duobus acutis, obtufo tertio, parum infra flores valde complanatus, ut obfcura angiilorum vefligia, & idem membranaceus fere appareat, rachi denuo angulata: quoad cstera glaber, &. *ex* flavo virens. Folia bina, radicalia, lanceolata, acuta, integerrima, erecla, fcapo breviora, craffiuscula, glaberrima, nitida, enervia, duos & tres pollices longa, lineas quinque aut femipolJicem lata: rachi eorum acuta triangulari. Flores in fcapi fummitate pauci, quinque, & fex numero, alterni, laxi, remoti, ftrifti oblique, refupinati, finguli ad bafim bra£\ea lineari-lanceolata breviffima inftrucli, coloris flavefcentis, fere ochfoleuci. Labellum ovatum, obtufum, horizontal, margine fubcrenatum, medio leviter excavatum, pellucens, roridum: fegmentis duobus lateralibus diflinflis, lineari-oblongis, obtufis, fubcontortis, labello sequalibus. Petala tria, anguftifliina, erefta, reflexa, intermedio latiori lanceolato-oblongo obtufo, lateralibus fetaceis. Germen erei>um, rachi adpreffum, ovaturo, glabrum, ftriatum.

XXU.

XXIL

ASTER TRIPOLIUAi

After foliisjanceolatisintegerrimis, caenofis, glabris: ramis inaequatia, **floribus corymbofts.** ***Linn. fyjl. pag.*** **761.** ***Gmelinflor. fibin 2. pag.*** **187.** ***tab. 80. fg. %.***

After mantimus paluftris, caruleus Salicis folio. *Rupp. jen. pag.* 179. *lournefort. inji.* **481.**

Tripolium *Lobel ic.* 298* Tripolium majus# *Rauk hijl. 2. pag.* **1064.**

Una cum pracedente ad lacus ejusdem oras legi, Junio menfe florentem." Maris littora *OY&* ejus a?mulantur, atque complures in ambitu fuo cl^ptas alunt, quas locis maritiinis, falfi^que Jacubus folummodo fainiliarej effe fcimus, cujus fori Triglochin maritimiim, Atriplex laciniata, Scirpus maritimus, & ip(e Alter, de quo lermo, heic valde frequentes. Radix ejus perennis, alba, fibrofa, fa?pe craffa, carnofa, fibrisque au^a concoloribus, & inulticeps caulem raro unum, fed plures communiter, *8c* cefpitofe colleftos fundit, in orbem expanfos bafi procumbentes, mine proftratos in integrum, alias e procumbent! veluti afcendentes, ereftiufculos, fubflexuofos: & hos inferne teretes, in fummitate angulatos, glabros, a quatuor aut quinque pollicibus & pedali nee non cubitali altitudine fubinde majores, ab imo ad fummum foliofos, fuperne ramofos, aquofe virides, fed fans purpurafcentibus hinc inde piftos. Folia crafla, carnofa, plana, **glabra,** acuta, in petiolum dilatatum fubamplexicaulem margine ciliatum pollicis uoius aut duorum longitudine fenfim decurrunt, ipfa pollices tres & quatuor longa. Radicalia in orbem patentia, conkrta, lanceolato-linearia

aut

aut lanceolata, integerrhna, lineas quatuor, quinque lata. Caulina anguftiora, linearia, alterna, argute & fubciliato - denticulata, linea latiora. Rami a medio caulis ad furamum usque, axillares, alterni, ere&o-patentes, inaequati, in fummitate corynibofe multifloriL Pedunculi florum ere&t, inaequales, teretes, fed profundius ftriati, nudi, nee nonnifi fub ipfo ftatim calyce, braEfcea lanceolata acuta brevi feffili fuffulti. Calyx ere&us, ovato-cylindraceus, fquamis inibricatis (fonftans: *hx* lanceol|to-ovatae, obtu-*l&9* creftae, fibique adpreffae, laete virides, apice marginibusque rubella, fubfeariofae, pellucentes: interiores majores, lineas tres fere longae, ultra lineam unam lat«. Flos elegans, aquofe c^ruleus, diametro unciam circiter squat. Ligula patentes, lineari-oblongae, apice (ubconniventi bidenticulatae, lineas quatuor & quinque longs,*linea dimidia anguflioresf tubo iofiftentes tenuiflimo filiformi albido fubvillofulo, linearum duarum longitudine. His ftylus filiformis, ereftus, purpurafcens, ftigmate bifido rej^oluto flavefcente. Difci flores tubulofi, quinquefidi, aurei coloris: laciniis linearibus, acutis, ereflis: tubo cylindrico, erefto, albo, intra pappum latitante. His filamenta capillaria, breviflima, ex tubi ambitu enata, alba: antheris in tubum connatis, fature flavis aut fufcefcentibus. Stylus cylindricus, albus, flofculos fuperans: ftigmate dilatato, bifido, flavefcente. Semina pappo fimplici feffili pilofo coronata.

XXIII.

## ARABIS *CIEKULZA.*

**Arabis foliis radicalibus obovato - cuneiformibus, acutis , glabris, margine fuperiore dentatis: racemo paucifloro nutante* Turritis csrulea *Altion. fior. ped. num.* 981. *tab.* 40, *jig. 2.* optima.**

Lev-

Levcojum foliis oblongis dentatis, fpica nutante. *Hall hijl torn, l.pag.* 194. *num.* * 445. (exclufo fynonymo Clufii, quod ad Arabim alpinam Linnaei pertinet.)

Fuiilla planta, & glacialibus unice arnica alpibus. Attuli ex fuprenia valle alpium editifllmarum Kartal & Frosnitz, priocipatus Salisburgenfis iupra *Windifch Matray* oppidum, quam inamenfae moles aeterns glaciei replent, ex qua Ifolae feeundarii fontes fcaturiunt, & quae per unius diei & ultra fpatiiim horrido mihique omnino novo afpeftu continuatur. Ad horum fcopulorum glacialium pedem quos Salisburgenfes, & Tyrolenfes alpicolae *(das Ktis)* vocant, gelidamque inde profilientem aquam avide hauriunt% planta infrequens nafcitur, cum pauculis aliis, nonnifi in ea *Atmosphaerae* regione, quam glacies tenet, quaerendis. Perenni eft radice, fublignefcente, longa, obliqua, quinquepollicari, & femipedali, ex tereti fufiformi, fatis craffa, fordide flavefcente, fuperne in capita plura divifa, fibrillis in fuperficie aufta plurimis. Gaules inde aggregatim plures & cefpitofi plurima inter radicalia folia affurgunt, fimpliciffimi, a tribus ad quinque lummum rarius pollices alti, fuberefti aut akendentes, crafliufculi, &. pro plants pufillo habitu fatis firmi, teretes, juniores hirfuti, adultiores glabri, fature virides, in fummitate nutantes. Folia radicalia, plura femper veluti in fafciculum collefta, erefta, obovato-cuneiformia, acuta, verfus apicem binis aut tribus dentibus acutis inftrufta: glabra c«terum, late viridia, dorfo pallidiora, firmula, margine fubciliata, in petiolum latefcentem fenfim attenuata, pollicem aut fesquipollicem longa, lineas quatuor aut quinque lata, Caulina pauca, duo aut tria, alterna, remota, ieflilia, fenfim minora, ere&a, caulique adpreffa, fubdenticulata: fupremo floribus iubje&o lineari integerrimo. Flores terminales, aquofe csrulei, nutantes, in

racemo depauperato florum a quinque ad feptem fere: pedunculis alterriis, ere&is, ftriftis, glabris, fub ipfo flore incraflatis, fesquilineam longis. Ca-\ycis tetraphylli foliola ovato-lanceolata; obtufiufcula, erefta, petalis breviora, glabra, bafi gibbofula, dorfo laete, apice vero fubconniventi ex atro viridia, margine fubfcariofa, pellucentia rubella aut violacea: duobus alternis nonnihil majoribus, & quod mirum, unico folummqdo interdum majori. Petala quatuor, aquofe casrulea, ovato-oblonga, obtufa, erefta, integerrima, lineas duas longa: ungue albido refto^ Filamenta tetradynama, capillaria, alba, erefta, petalis breviora: antheris obiongis, flavis, Germen oblongum, erefhim, teretiufculura, glabrum, fenfim ultra petala produftum: ftylus breviffimus, cylindricus, albus, perfiftens: ftigmate obtufo, flavicante. Siliqua linearis, oblonga, obtufa, compreffa, torulofa, glabra\ ex atro virens cum admifto viokceo colore, pollicis unius circiter Iongitudine, fa?pe longior,

Vifa nunc triplici ftirpe Arabi bellidifolia videlicet, Arabi pumila *Jacq.* (feu fcabra *Allion*)* & Arabi caerulea, de fpecifica earum differentia dubitationi locus amplius fupereffe non poteft. Habitu omnino diftinguuntur facillime, fed & aliis notis* Arabis bellidifoliae caulis, quam utrique conftanter altior multo, & folia glaberrima nitida pulpofa & fubintegerrim^ Arabis pumilae, ftatura inter utramque mediae, folia radicalia quadruplo niinora, in quavis aetate evidenter lcabra, rigida, caulina laxiora fubhirfuta, flores quoque in minori planta majores. Arabis csruleae vero, minimae ex omnibus, folia quam Arabis pumihe, duplo & triplo majora, obovato-cuneiformia, glabra & apice profundius dentata: nee non flores, quam utrique, pauciores, iidem caerulei, & pedunculi fubincraffati, Denique &: locus natalis eis diverfus. Arabis Cœrulea glacialium hofpita: Arabis fca-

bra

bra in dimis atque faxofis, & in editioribus alpium: Arabis bellidifolia vero Temper in humidis, & ad rivulorum latera nafcens, faepe in fubalpina & montana loca defcendens: ut omnine mirer, Illuftr. Hallerum de difcrimine trium plantarum adeo anxium fuiffe. Id cum fummo viro fentio: *Prxjiat phntas, cum non plena certitudine veri difcriminis inter cenfum verarum Jlirpium confervare: quam inter varietates rekgare difperUuras. Exigua enim curiofitas eji varietatum.*

Definienda vero erit Arabis pumila:

Arabis foliis radicalibus obovatis, fubdentatis, obtufis, utrinque fcabris: caulinis feffilibus, oblongis, fubhirfutis: racemo fubnutante.

## XXIV.

## HIERAC1UM TARAXACL

Hieracium foliis lanceolatis, dentatis, glabris: fcapo fubnudo unifloro, calyce hirfuto. *Linn. Jyjl pag.* 716L *Altion.flor.ped. torn. 1. tab.* 31* *fg.* 1. *bona.*

Picris fcapo unifloro hirfuto: foliis glabris femipinnatis, calycibus hirfutfffimis. *Hall hift. torn* Lpag.* ia. *num.* 47.

Dens Leonis alpinus foliis oblongis , raro dentatis, calyce hifpido nigrefcente* *Seguier. veron. fuppl pag. 266.*

Herbida fummarum alpium loca, & nivis fenfim contabefcentis ftillicidio perpetuo irrigua incolit planta rarior, cum Saxifraga oppofitifolia ,

Ciftus fruticofus, foliis petiolatis, ovatis, rugofis, ferratis. *HaUer hifl.flirp. hefa> torn.* 2. *p. 2. num.* 1031.

Ciftus foemina* *Cluf. hijl. plant, pag,* 70. *Joh. Bauh. 11 pag.* 4. *Lobel. obf. pag.* 549-

In

In Carfcho inter Tergeftum & Obzinam, ad dextram viae medii circiter montis crefcit frequens in fylvula, iloretque medio Maji, albam eminus mentiens Rofam. Frutex humilis, cubitum & amplius altus, apud nos tamen procumbens, nee nifi ex decubitu9 extimos fuos ramos, florumque pedunculos elevans, quaquaverfum diffuius, ramofiffimusque. Bene vero obfervavit Hallerus: ramos, ut plurimum, pedunAilos florum, foliaque, per paria opponi. Sunt ill! truncus, ramorumque virgae, fubftantiae ligneae, duraeque, quamvis nonnifi calami fcriptorii craflitudine; cortice atro primum rubente, tumfufco, denfe hiriuto, dum decalventur denique. Utut vero cum florum pedunculis, novelli vireant ramuli, ob copiofum tamen, decumbentemque furfum, villum9 nonnifi incano-lanuginoios dixeris teneriore in aetate, qui denique & ipfi magis virefcunt magisque, ex virore rubentes, & ex rubentibus fufci demum fiunt. Folia, ut innui, oppofita, crafliufcula, ficca, fubçoriacea9 inftar* foliorum falviae, rugofa, taftui fubfcabriufcula, petiolata, utrinque hir(uta9 fubtus etiam9 praeprimis in^tio, albido-incana; cum lupra faturatius & obfeure vireant. Figuram quod eorumdem attinet, ea profedo in primordialibus, minoribusque circinrtatae fere, ut Clufius ait^ rotunditatis, brevi in ovatam, turn in oblongo-fubovatam, aut & fere obtufe abit lanceolatam, orarum niargine integro, nee ferrj£o; obiter duntaxat, ut in Salvia9 fubcrenulato. Pedunculi communiter oppofiti, longiffimi, uniflori, erefti, apice modo ante corollarum explicationeni nutantes, aphylli dempto duplice foliorum minorum, obtufe lanceolatorum pari; quorum alterum bafin eorumdem ftipat; lub media iis alterum enafcitur altitudine. Flos rofae adinftar magnus; intra calycem adhucdum conclufus, five nubilis, cernuus femper, & obtu(e trigono-pyramidatus, angulis bafeos recurvatis, caeterum ereftus, patentiflimus* Calyx pentaphyllus, viridis, hirfutus, foliolis tribus exterioribus, paulo majori-

bus, cordatis; binis interioribus ovatis. Corolla pentapetala, maxima-patens, celerrime cadiva; pctalis obovatis, repando-emarginatis, apud nos Temper niveis, bad duntaxat macula majufcula citrina notatis; per exficcationem vero citrinis, macula bafeos aurantiaca. Stamina plurima, calycis fere longitudine; filamentis antherisque flavis. Germen globofum, feffile, viride, hirfutum; ftylus vix, aut ne vix ullus; ftigma crafliufculum fungofum, depreffo fubcapitatum. Capfula ovata, quinquelocularis. polyfperma.

## CXLV.

## CAMPANULA ZOYSH.

Campanula caulibus fubtrifloris; foliis radicalibus ovatis, longe petiolatis; caulinis oblongo-obovatis, feflilibus.

Crefcit e fifTuris rupium alpium Vochinenfium, turn fie in fummitate montis Storchez, pariter e rupibus, menfe Augutto, quum nivibus denique cautes fpoliari folent iffce. Primam rariffima: ftirpis cognitionem Illuftriffimo Domino Carolo de Zoys "debeo; qui, ut Frater ejusdem Sigismundus Mineralogis cumprimis, fie Botanies ille, (uo cuin cognato Domino de Weber, meo quondam in Philofophia Labaci difcipulo, totos fefe fuasquecuras pene omnes, & ftudia, otiumque, cum non modicis certe thefauris, confecraffe videntun Intra modicam, qua fummarum fifliirae rupium repleri folent, terram, horizontalis ferpitCampanulae iftius radix gracilis, teretiufcula, ex albido fubochracea, ad ejusdem fuperficiem cefpitofe ramofa, lauliculos quotannLs efferens plurimos; pure nonnullos fuliofos; plurimos

alios

ilios florigeros, duorum triumve pollicum altitudine, graciles, tereti-fub-angulofos, glabros, foliis per alterna fpatiorum intervalla obfitos, plerumque unifloros, rarius bi-aut trifloros, ere&os equidem, apice tamen cum nubilibus campanulis nutantes. Folia copiofa, fat parva, omnia faturate viridia, lubtus pallidiora, crafliufcula, glabra, integerrima; radicalia fub-rotundo - ovata, longe petiolata; caulina alterna, oblongo-obovata, in petiolum velut decurrentia, re tamen ipfa feffilia; fummis, fquamarum inftar, lineari-acutis. Flos terminals, unicus communiter jinterdum & alter, tertiusve, proprio quisqueiuo deramulifquamofi apice nutans. Germen inferum, ovato-turbinatum, angulofum, glabrum, virid^ Calyx fuperus, quinquepartitus, corolla brevior, erefto-patens, taciniis lineari- lanceolatis, glabris, "iubtus carinatis. Corolla faturatius, aut dilute magis coeleftino-cserulea, lineispifta quinque faturatioribus, rarius alba; monopetala, oblongo campaniformis, bafi impervia, & ventricofior, limbum verfus nonnihil ftrangulata, limbo ipfo quinquefido, ereclo-patente; laciniis ovato-acutis, margine barbato-villofis; villis longis, albis, ante plenam limbi explicationem, in pyramidem pentagonam, fupra corolla faucem conniventibus. Stamina quinque, coxollis breviora; filamentis fubulatis, albis, fuae quo vis valvuhe neftariforfini ovato-fornicate, & ipfi pariter alb«, infixo, Antherae oblongs, 3^uofe flaventes. Stylus ftaminibus longior, filifonfiis, albus; ftigmate tripartito, craffiufculo, deorfum incurvo, papillofo, aquofe flavente. Capfula angulato-pelviformis, fuperne claufa, latere foraminibus tribus bians, & femina effundens tribus e loculis. Odor is exjpers.

 CXLVL

## CXLVI.

### THLASPI PRJECOX. Tab. 9.

Thlapfi filiculis obcordatis; foliis carnofis, glabris, glauds; fubcrenulatis, in petiolum decurrentibus; caulinis feflilibus, femiamplexicaulibus, obtufe cordato-fagittatis; petalis calyce longioribus.

Thlafpi montanum filiculis emarginatis; foliis radicalibus ovatis ; caulinis amplexicaulibus, *ScopoLflor. cam.* a. *torn, 2. p.* i8» *num.* 811.

Thlafpi montanum, Burfae paftoris^fruftu. *Column, ecphr. p.* 275. *tab. *i6.*

Lepidium caule eretto; foliis radicalibus petiolatis, ovatis; caulinis amplexicaulibus, fagittatis. *HaUer hifl.jiirp. helv. torn* i,p.* 223. *num.* 518,

Triginta, & amplius, funt anni, quod plantam hanc perbene novi. Numquam non pro montano Linnaei habui Thlafpi; pro eo, inquam, quod iub eodem, in Ecphraii, Columna jam dudum propofuit nomine; quodque egregius Scopolius, qui in iisdem, quibus ego millies vidi, inventam montium tra&ibus, recenfuit. Linnsi, quae maxima eft, perfuafus afferentis auttoritate, nihil etiam dubitaveram, Badenfe Clufii Thlafpi, ifthuc revocare ; etfi nee figura , quam dederat, maxime probaretur ; &quaE rronnulla objicerem , haberem. At poftea dein quam in Auftriaca Jacquinii Flora, Badenfis iilius Clufii plants, ad naturam vidi piftam figuram, meumintellexi effe diverfum. Mcum jam exeunte Martio, ApriliquecircaGoritiam, Tergeftumque frequens in montanis ubivis; e regione Podigoraj; in monte *Sant\o &.c;* ferius nonnihil, Aprili fcilicet, Majoque in fylveftribus montanis inter Laafe & Prevald, turn omni in Carfcho etiam; in adfcenfu dejiique praealti Montis Slivinza prope Thurnlag & Zirchniz; jamjam deflo-

refcens

r^fcens initio Junii, inveni, numquam corolatum aliter; numquam alia cum radicis, caulium, foliorum, calycisve &c. ftru&ura. Non illi certe longis quaquaverfum ferpens viticulis radix, fed unita verius, fimplex, fufiformis, refta in terrain defcendens, obfita undique fibris, fibrillisque vage difcurrentibus, ex albo in flavum demum languens, rarius unicum modo, plures imo quotannis novos efferens caules una, pro foli ratione minores, majore^ve, numquam non ereftos, fimpliciffimos, teretes, laeves, foliofos, csefii five & glauci coloris. Folia carnofa, ejusdem cum caule coloris glauci, glabra, integra, copiofa. Radicalia in orbem undique per terram fparfa, obovata, longiufculum in pctiolum decur*entia, obiter quandoque per marginum oras, laxeque fubcrenulata, fubtus cum tempore violaceo purpurafcentia. Caulina alterne per eumdem feffilia, obtufe fagittato-cordata^ liberis eumdem auriculis femiamplexantia, cjeterum integerrima, erefto-patentia. Racemus floriger terminalis; floribus pedunculatis, primum in umbellam, five verius corymbum compaftum colieftis, dum laxe diducantur denique, erecto-patentes. Calyx tetraphyllus, ereftus, corollis duplo brevior, nee gibbus; foliolis oblongo-ovatis, jequalibus, integris, concavis, extus dilute rubellis, glabris, margine albefcentibus, demum cadivis. Corolla tetrapetala, cruciformis, petalis obovato-oblongis, in unguem decurretftibus, integerrirnis, niveis, calyce duplo longioribus* Stamina fex tetradynama, calyce tantillo longiora, filamentis fubulatis albis, binis oppofitis brevioribus, calycls duntaxat altitudine. Antheras oblongae, flavae. Neftariferae glandule quatuor, virides, globofae, exiguae; binae quaevis bafin ftaminis minoris ftipantia^ Germen oblongo - ovale, compreflum, nudum, apice fubtiliflima incifum crena, ad recipiendum praecife ftylum, genuine turn iplo longiorem^ & filiformem. Stigma obtufum fubcapitatum. Silicula obcordata, ftylo longo, permanente inflrufta, perpendiculariter pedun-

 culo.

culo, ad horizontem denique parallelo, infidens, extus gibba, introrfim concava, margine compreflb* & velut metnbrana alato, bilocularis, bivalvis, valvulis navicularibus; diffepimento lanceolato, valvulis contrario* Semina quovis in loculo duo. Odor nullus.

## CXLVII.

### SILENE PUMILICX Tab. 10.

Silene caulibus unifloris, floribus maximis, calyce fubcoriaceo, ventricofa» campanulato, hirfuto.

Et hujus quoque in quinto Flora? auftriacae Jacquinii Volumine defcriptionem, figuramque jam alias dedi; mancam fane hanc, nee cara&erifticas diftinfte exprimentem notas. *At* enim, neque huic, cum pingendam feci, deftinata fuerat fcopo. Malnizenfem cum forte, pi&ore comite, tranfeenderem Tairrerum, obviam & ibi rurfus habui, ftatimque meos icilicet in ufus, ut aliquam, deperiturs per iter plants, haberem iconem, vivis ut pingeretur coloribus, juffi ; pi&aque ex arena, ut dicimus, {ed nonnifi properante fuerat manu. Jacuit turn aliquo mea inter fcripta tempoTe; Guru opportuna fe , 1 inna?o fcribendi, obtulit occafio. Mifi itaque & hanc, ut erat, plures inter alias; fed adhsfit Viennx, tantumque amiciffimo plācuit Jacquinio, ut aeri me infcio incidendam curaret. Supplevi equidem (quod unum jam turn fieri poterat) ampla, deficientem in icone radicis, ftaminumque &c. ftru'cluram, defcriptione; cum nihilominus ab eo inde tèmpore iniquius ferrem femper, pulcherrimam Noricarum alpium ftirpem, in ele-

elj?gantiflitno opere, minus exiftere perfe&e expreflam, hac demum de caufa, ut pingeretur iterum, fed numeris abfoluta omnibus, procuravi*

## CXLVIII.

## HIERACIUM 1NCARNATUM.

Hieracium fcapo multiflqro; foliis radicalibus obovato-oblongis, repando-denticulatis hirfutis.

Hieracium fcapo multifloro, *udo; foliis laneeolatis, denticulatis, hifpidis, dilatatis, obtufis. *Scopolijlor. earn. 2, torn, &. p. 106. num. 968. tab. $4.*

Noftris in montibus frequentius nullum. Illud ego in apice olim montis fanfti Jodoci prope Crainburgum, ejusque declivibus inveni pratis exeunte Majo. Eodem item tempore alias, in primis Montis Loibl acclivitatibus extra Kirfchentheur; turn in Singerberg *nächji der deutfchen Kapl9* dum ex Ebenaii adfcenditur initio Junii, una cum Agrimonia Agrimonoide & Orchide Sambucina. Iterum Junio in finem vergente ad fanum ianćli fpiritus, Villacum inter & Bleybergam, dum in Villacenfem *HeiHger Stein* di&am'alpem adfcenditur. Nee non in Valle Julia *(Geilthal) unter der Windifchen Hbhe ;* ac Dravana fub Ortenburgenfibus alpibus, alibi que fepius. Radix non equidem praemorfa; fufiformis imo, fibrofisque comata radiculis, oblique tantifper in terram demerfa, unum plerumque (tamen & duos, tresve interdum) ad pedis plus minusaltitudinem, complurainter radicalia folia, attollit fcapum, laxe apicem verfus paniculato-ramofum. Eft illefat gracilis, firmus tamen, teres, primum viridis> & villofus, turn una cum pedunculis florum, rufo-fufcus, nudus, & glaber; ioliis obfitus

nul-

nullis, fi perbreves demas fquamas, five foliaceas bra&eolas lineari-lanceD-latas; qua? ramos extimos, aut & florum fuccolant pedunculos. Radicalia contra folia complura, per terram inorbem fparfa, dum tantisper fubercfta attollant lefe. Craffiufcula haec funt, fere & fubcoriacea, obovato - oblonga, in petiolum etiam velut decurrentia, laxe per marginis oras repando-denticulata albidis fupra infraque villulis hifpidula. ' Flores compofiti fyngenefiae aequalis# Calyx cylindraceus, fquamis imbricatus linearibus, *Ka-* dis9* dorfo teretiufculis 9 interioribus longioribus9 aequalibus, exterioribus brevioribus , duplici in ferie alternantibus, non patulis, fed incumbentibus. Corolls sequales, hermaphroditae 9 ligulatae *f* lineares, truncatae, apice quinquedenticulatae, patentes, dilute incarnato-rubella; tubúlo bafi breviffimo, albo, ad faucem pubefcente. Stamina quinque, capiilaria, breviffima, alba* Antherae longje, in cylindnim fubpentagonum connate, laturatius rubentes, poUine aurato-flavente^ Receptaculum nudum# Germen oblongo-fubovatum. Stylus albus antherarum altitudine; (ligmata duo exferta, recurva, (implicia, rubella. Semen oblongum nudum? coronatum pappo feflili, fiinplice, capillaceo*y* longo , fericeo - candicante.

## CXLIX.

### HOTTONIA PALUSTRIS,

Hottonia floribus verticillatis; pedunculis unifloris.

Hottonia pedunculo verticillato-multifloro. *Linn.Jp. plant, p.* 20& *num. i. Scopolfior. earn* 2, torn.* 1. *p.* 137. *num.* 213. *Oeder. flor. dan. tab.* 487. *Gunner, flor. norv. torn. 2. p,* 138, *num.* 1062, *Holler hifl firp kelv, torn, i.p. 279. num.* 632.

Mille-

Millefolium, five Myriophyllum aliud. *Matthiol. p.* 507.
Viola aquatilis. *JDodon. pempt.* ?• 584*
Myriophyllum equifetifolium. *Lobel obferv.* /?, 460,
Faeniculum aquaticum fecundum. *Tabernxmont. p.* 186.

Frequens in Lacuflribus Labacenfibus, foflisque, pra?primis verfus Hyperlabacum, tum etiam in aquofiffima, multumque lutofa foffa propter fepem Caftelli Groffenek Domini Pollini. Radix farmentofa, teres, alba, late per terrain paludofam limofam atram dikurrens, & repens; de fe nuda, fafciculis tamen fibrill^um fparfim demiffis-radicata, ftolones hinc inde pure foliofos, & ipfos lub aquis proftratos> emittit, altero demum anno apice fcapigeros, natantes9 ac ultra fuperficiem aquae emergentes, furreftosque# Folia in verticillos laxe ordinata, quatuoj, quinqueve, aut 8c fex in quovis; funtque pinnata, ovatas profundeque' peftinatas referentia frondes9 in orben: feffiles; fub aquis reflexas, explanatas contra in, aut paulo fupra earumdem fuperficiem* Pinnae, earumque communis axis, admodum tenues, lineares, planae, laeves, ut plurimum fimpliciffimae, acute, faturate virides. Scapus floriger, extra aquam normalis fubpedalis, teres, fiftulofus, e viridi tandem fufcus, primum pubefcens, at demum laevis, nitens, aphyllus. Flores apicem verfus interruptim verticillato-racemofi; verticillo quovis tri • quadri - aut fexfloro. Flore quovis breviter pedunculato, ex axilla bra&eolae lineari-lanceolate, pedunculum fubpubefcentem iubaequantis > affurgente, erefto-patente^ Calyx quinquepartitus, foliolis linearibus, anguftiffimis, laxe ordinatis, *ereElis*, fubpubefcentibus, corolla tubum aquantibus. Corolla monopetala, hypocrateriformis, magna, nivea; tubo brevi, fub fauce ampullaceo, & flavefcente; limbo patentiffimo, quinquepartito > fegmentis oblongo-obovatis, apice fubemargi-

R ma

natis. Faux hians, pentagons, faturate. flava. Stamina quinque, brevia, interno urceoli ampullacei parieti infixa; filamentis fubulatis, albis. Anth6ris fubcojdato-triquetris, acutis, flavis, altitudine faucis. Germen globofum , feffile, nudum, in capfulam denique abiens itidem globofam, unilocularem, polyfpermam. Stylus ere&us filiformis, duplo altior fauce, albus, ftigmate coronatus globofo.

CL.

## SATUREJA RUPESTRIS.

Satureja pedunculis folitariis, lateralibus, bisdichotomis, fecundis; foliig ovato-lanceolatis, ferrulatis, fubtus foveolato-punftatis.

Satureja thymifolia racemis lateralibus folitariis, foliis ovatis, rariterdentatis. *Scopolflon earn* 2* torn** 1. *p,* 428. *num.* 737. *tab* 29.*

Thymifoliam hanc Clariffimus Scopoli compellavit, quia eamdem cum Cafpari Bauhini Satureja thymifolia efTe cxiftimat; at quo demumjure? mihi ignotum. Certe fi non fortioribus convictos id afferat rationibus, quam quibus induftus fuifle videtur, ut crederet, eamdem hanc, effe ftirpem illam, quam Matthiolius cap. 38. libr. 3. Saturejam *[five* verius 3^/3^) Diofcoridis dixit, turn enimvero non parum aberrat. Matthiolius rupeftrem hanc plantam novit profeclo numquatn. Loco a CL Scopolio citato, de vera legitimaque Diofcoridis, & Grascorum omnium, ipfiusque Pauli agit Thymbra, quas Linnaeo Satureja Thymbra eft. Cum nee hanc noffet, ejusque deftitueretur genuina icone, Plinii aliorumque *(jntei* Thymbram & Saturejam fativam non dirtinguentiumj fecutus fententiam, Saturejse hortenfis

Lin-

Lûinaei propofuit figuram. Quid ? fi & Satureja Thymi folio C. Bauh* non alia fit, quam quae Linnaeo Satureja Graeca dicitur, a rupeftri hac diverfiffima ? Sed mitto haec, quae quisque ex Clufio, & Johanne poWimutn Bauhino III. p* 2. cap* 44- & cap. 45, uberius eruet. Crefcit Satureja rupeftris in faxis lateris lasvi Lifoncii haud procul Goritia; turn & copiofe in afpe?is rupeftribus prope Haidoviam *(Haidenfchaft,* Slavice Kaidufchina) floreretacipiens verfus finem Julii, & Augufto. Caulis novem, decemve pollicum, bafi fublignefcens, deflexus, ac velut ex decubitu affurgens, obtufe tetragOFius , fubteretiufculus, glaber, ex viridi demum rufefcens, ramolusque. Folia per oinnem caulis 9 ramorumque longitudine», attamen nonnifi per alterna intervalla, oppofita, eaque obtufe ovato- lanceolata t plana, firma, glabra, per oras denticulata, fubtus rariter punftato-fovetflata, an inferioribus breviter petiolata, furfum verfus in petiolum ivelut decurrentia. Flores fecundi, unam nempe verfus plagam refpicientes; dkas fpicatos fimul, & conca,tenato-verticillatos; retamenipfa, nee verticillati, nee fpicati funt, verum laterales, ex oppofitis axillis, oppofiti 9 per majorern caulis., ramorumque fuperioretn partem ea ordinati ratione, ut inferiores , ex fuperioribus proximos 9 absque interruptione fere attingant; verbo: pedunculi axillares, oppofiti, folio fuccolante breviores, bis-ut plurimum, & ordinario, dichotomi, ac per confequeps, quadriflori^ floribus ad eamdem exaltatis altitudinenu Brafteol^e exiguse, lineari - lanceolatae, ad quamvis dichotomiam oppofitae, pedicellis fuis nihilo minores. Calyx pedicello proprio tantisper longior, reftus, tubulofo-fubturbinatus, ftriis percurfus decem, quinquedenticulatus, denticulis aequalibus, obtufe acutiufculis, nudis* Corolla ringens, alba; tubo calycis longitudine^ fubincurvo; labiis a^qualibus; fuperiore, *five* galea, oblongo-obovata, obtufe fubfornicata^ incifa apice crena acuta; dorfb fubcompreffo carinata, lateribus

R % fur-

furfum reflexis, antice concava, apicem verfus aquofiffime in coeleftinuto einoriens. Labio inferiore patente, profunde trilobo , albo, ad faucem guttis fangujfeis notato; lobis obovatis, intetjnedio majore, oris crenulato; lateralibus paulo minoribus, integerrimis. Stamina quatuor, didynama, fub labio fuperiore, eoque tandem omnia paulo altiora; primum approxi-niata, antheris binis & binis conniventibus, ferius nonnihil diftantia; fila-mentisalbis; antheris aquofe fublatefcentibus, polline itidem albo* Cer-men in calycis fundo feffile, quadripartitum. Stylo ftamina, galeamque fuperante, albo, apicebifido, cxrulefcente; ftigmatibus fimplicibus, feta-ceis. Senijpa quatuor nuda, Odor amaenifHtnus congenerum.

## XLI.

## SATUREJA MONTANA.

Satureja pedunculis folitariis, lateralibus, bi^-terque dichotomis; foliisli-neari-lanceolatis, integerrimis, mucronatis, fubciliatis, fubtus carina-tis, punftato foveolatis.

Satureja pedunculis folitariis, lateralibus, floribus fafciculatis, faftigiatis. *Unn. mantijf. II. p.* **410.** *Scopolflor. earn.* a. *torn.* ***l.p.*** **428.»"«-738' *tab.* 30. non bona.**

Thymum durius, quo paflira fere fcatet Goritienfis ager. *Matthiol. Ubr.*$. Diofc, cap.* **37.** *p. 343'* **Item***Ubr.* **4.** *Diofc. cap.* ***172. p*** > **550* cum figura non bona, cui Epithymum, feu Cufcuta innafcitur***

**Thymi vulgaris Varietas. *Cluf. hift. p.* 357.**

Hyflbpum Goritienfe, floribus verticillatira ambientibus. *$oh. Bauh. hift. Jll P. 2. p.* **276.**

Cre-

Crefcit magna in copia in Monte Predil, in averfa a Valle Rablenfi parte, verfus Flitfch. Goritiae item undique in afperis calcareis, Monte Sanfto, verfus Gargano fnpra Salcanum; Monte Sanfti Valentini fupra Sylvam Sabbotinam, Tiino ibidem dicta, increfcente eidem paffim Cufcuta europasa. Turn per omnem, qua late patet Carfchiim abundantiffime. Prope <Fontem Timavi, & inde verlus Tergeftum &c. In defcenfu Montis Schneefrfcvg Croatici, verfus Flumen Sanfti Viti, Porto Re, Buccari &c# Item varietas ejusdem potiffimum faturate caerulea (de fenumquam rubra, nifi per 'deficcationem deniqae intra libros) intra Laafe Thurnlag, & Zirchniz ad pedem montis Slivinza; turn horas circiter fpatio ab Urbe Gottfchee, ad pedem montis, quern *Hafenfelderberg* dicunt &c# Radix ficca, fublignefcens, duriufcula, fufca, fufiformis, brachiata fibris, radiculisque quaquaverfum fparfis, jam refta, jam pro foli faxofi ratione obliqua, & veltit repens; caulem unum - plures - etiam cefpitulum nonnuimquam caulium at to 11 it perennans. Caules ex viridi tandem obfcure rubri; primum tetragoni, & ex pube humili hifpiduli; turn teretiufculi fubangulofi, & glabri; bafi initio decu.nbentes, fed erefti denique, & ex oppofitione fere ramofi, firmi femper, & duriufculi. Superiores, florentesque tam caulis, quam ramorum virgae, numquam non ex microfcopicis exftantibus villulis hifpidulae. Folia copiofiflima, femper oppofita, lineari-lanceolata, integerrima, feffilia, craffiufcula^ firma, ficca, longitudinaliter fupra canaliculata, dorfo fufrtus carinata, faturate viridia, inferne punftato-foveolata; apice culpidula parvra mucronato ; ora marginis, ciliis primum rigidulis, obiita; rfjuibus decidentibus, deorfum denique reflexa. Flores & in hac quoque, nee fpicati, nee verticillati; fed axillares ex pedunculis lateralibus, oppofitis, folitariis, proprio folio brevioribus, bis- terque dichotomis, & per confequens, multifloris* Involucelia feu brafteolas dichotomiarum oppofi-.

tae, foliis cum proportione ſimilia, pedicellis floſculorum longiora. Caly ,x tubuloſo-ſubturbinarus, ſtriatus, aequaliter quinquedentatus, dentibus acutis, villis albidis, rigidulis, una cum margine dentium hiſpidulis. Corolla ringens, ere&a, nonnihil pubeſcens* Galea ere&a, antrorſum concavo-ſubfornicata, apice crenato-emarginata, labio inferiore tantillo brevior. Labium inferius trilobo-tripartitum, lobis lateralibus oblongo-obovatis integris, intermedio majore rotundato ſubcrcnulato, ad faucem villoſulo* Duptt*is invenitur varietatis. Communis, altiorque, flore eſt albo, galea duntaxat quandoque apicem verſus dilute ſubczruleſcente. Altera rarior^ floribus non rubris (niſi per exſiccationem) ſed ſaturate caeruleis ,• ut in Thymo alpino. Ha?c plerumque humilior, floribus apicem verſus magis addenſatis, pedunculis quidem lateralibus & ipſa ſolitariis, ſed minus multifloris, ſaepe nonniſi trifloris; caeterum diſtin8;io nulla* Stamina in utraque quatuor, alba, didynama, altkribus binis galeam ſuperantibus, filamentis ereſtis. Antherſ a baſi ſurſum bifariam dehiſcentes, corollis concolores* Germen in calycis fundo qtiadripartitum; ſtylus albus, galea ſtaminibusque altior, apice bifidus ſubcsruleſcens; ſtigmatibus ſimplicibus acutis. Semina quatuor, nuda, Odor amœniſſimus aromaticus.

## CLII.

## MELISSA GRANDIFLORA,

Meliſſa pedtinculis axillaribus, ſolitariis, dichotomis, ſecundis; corolliſ maximis ſub fauce gutturoſis; foliis petiolatis, ovato-lanceolatis, dentato-ſerratis.

Me-

Meliffa peduneulis axillaribus diehotomis longitudine florum. *Linn* fp.phnU p. $27. num.* 2. *ScopoLflor. earn,* 2. *torn.* i» *p.* 424. *num.* 732. (fub Thyrno 1) *Gerard* gailopr. p. 261. num.* 3. *Mum. fior. ped* torn,* 1. *p** 38. *num.* 137.

Calamintha montana praeftantior. *Lobel obferv. p.* 274.

Calamintha montana, flore magno ex calyce longo. *J. B. 111. P.* 2* *p.* 229*

Frequens in fylv*is* montanis rupeftribus verfus Schoderfchii, fupra Cfuber; fed longe frequentior in prsaltis fylvis, itidem montanis, & rupeftribus, duin ex Gerova in excelfas Croatici Schneeberg alpes adfeenditur. Florens in fine Julii *8c* Augufto. Denique inter Canal, & Caporetto. Radix fufiformis, fparfis aufta radiculis fibrofis, fimplicibus, compofitisque. Caulis unius, alteriusve fpithams, nunc fimpliciffimus, alias (plerumque tamen nonnifi bafin verfus, & ex oppofitione) ramofus, herbaceus, viridis, tetragonus, fubftriatns, villis longiufculis, exftantibus, rariter fparfis, hirfutus, luuimpiausque; liaem vim *OL* in ioms, eorunaemque petions, oc calycibus, pedunculisque occurrunt fubalbidi, rigiduli, nee cadi vi. Folia ex oppofitiune Temper oppofita, majufcula, petiolata, *o*vato-lanceolata, plana, per oras ferrato-dentata, faturatius fupra, fubtus aquofe magis viridia, utrinque, ut di&um hirfuta. Flotes laterales, exoppofitis axillis oppofiti, peduneulis fcilicet quavis ex axilla lolitariis, femel aut & iterumdicho^pmis, ac per confequens tri- five & quadrifloris, demptis fummis, biaut unifloris. Involucella (nifi brafteas dicere malis) nonnifi bafm dichotomiae ftipant oppofita, florum pedicellis duplo breviora, nee iimplieia, fed tripartita, fegmentis lineari-lanceolatis, anguftis, acutiffimis, ciliato-hifpidis* Calyx oblongus, tubulofo-fubturbinatus, inaequaliter quinquedentatus, velut fubbilabiatus, denticulis lineari-lanceolatis^ anguftis, acutiffi-

*mis;*

mis ; tribus fuperioribus minus pvofuride incifis, furfum nonnihil reclinatis, & patentibus; inferioribus duobus approximatis, porre&is, tantillo longioribus; orefaucis, villis affurgentibus, & conniventibus, ut fere in Thymo, claufo: caeterum idem calyx longitudinaliter ftriatus, exfuccus, aridus, viridis tamen, & villis albidis, rigidis, exftantibus, una cum denticulorum laterali margine, hifpidulus. Corolla refpe&ive maxima, calyce plus duplo longior, eleganter rubro-violacea, diaphana, lineis pi&a faturatlu* rubris; ringens, bilabiata; tubo nonnihil incurvo, fub fauce labii inferioris ampliato, tumido; gibbo, & velut gutturofo; labiis extus villis, albis , pubefcentibus. Superiore, five galea; refta, apice emarginaia, antrorfum concavo-fubforaicata. Inferiore galeani aliquantum excedente, trilobo, lobis rotundatis, integris, intermedio majore, faucem verfus bicarinato, guttulisque faturatioribus adfperfo. Stamina quatuor, didynama, fub galea, binis majoribus, eamdem tantillo excedentibus, filamentis albis, antheris aquofiflime luteolis bifariam a bafi furfum dehifcentibus. Stylus albus, corollis altior ftaminibusque, apice bifidus rubellus; fligmatibus fimplicibus, acutts, fubuncinatis. Semina quatuor nuda in calycis fundo. Odor Me\iftx amoenus.

cua

SALIX MYRSINITES.

Salixfoliis petiolatis, ovatis, ferratis, glabris, fubtus reticulato-venofis; capfulis nudis, pedunculatis> ex ovata bafi in connum attenuatis«

Salix foliis ferratis, glabris, ovatis, venofis» *Linn. Jp. pi p.* 1445* *mm** 13. turn *for. hpp.p. *B$* num>* 353. *tab, bfig.f.* cJ *tab, y.fig. 6. Gunner*

*tier fior. nerv. torn. 2. p.* 63* *num.* 595* *Leers flon herborn*. /?•* 294* *num.* 753. *Allion. flor. ped. torn. 2. p. y^num** 19165, *Gerard, gattopr. p. $%%* num. 64*

Salix latifolia non hirfuta? y^. *Batik. L P.. i* p. 216.*

Salix foliis ovato-lanceolatis, venofis, ferratis, julis tomentofis> i/j&r *UjK Jlirp. helv. torn. 2. p*> 308. *num.* 1.645.

Clagenfurti florens verfua finem Aprilis & initio Maji *am Fufse des> Schmalzbergeis dem Walde der Ziguln gegeniiber,* in iAa foflarum extimae vi<e cavae, partim extra, partim in foffa turfofa aqiiofa. Diu fufpenflis haerebam, anne pro Myrfmitc 9 Myrtill-oidem potius Linnsei dicerem Salkem, quae fo-lia, *üs* Myrtylli, prima cumprimis in state, quam fimilliina omnino ha^bet? Defcriptiones Halleri, pondcris numquam non graviffimi, in tan to aliorum laconifmo, incertitudineni fluftuantis augebant etiam magis, quatn ut dubia abitergerent lubnafcentia invito. Sed folia denique, Linnseofem-perintegra, &, fi cum Hallero etiam, obfcure duntaxat ferrata dicas, ob replicatam tatnen oram 9 reconditosque inferne ferrularum denticulos, pr& integris certe habenda, quomodo cum iis combinarem, qua& meis in fpeci-minibus manifefte per oras ferraft iemper videbam ? Et cur a Myrfinlte re-cederem, quando & Linnsus in Flora lapponica ejusdem folia, illis Vac-einii, quam fimillinia, & difertis etiam Scheuchzerus ferrata verbis, dixe-mnt? Ex alpibus nonnifi forte delata ifthuc, locis vegetat praediftis per'en-nis, arbufculae inftar, humi procumbentis. Vetulus nempe ejusdem trun-çus, ad brachii jam roboratus craffitudinem, ne a dimidiae quidem fpitha-mae a terra diftantiam 9 in brachia fere diffufus / decumbit,. novos quotan-tiis ramos, novasque ramorum virgas, obfcure primum rubentes,. & gla-bras ^ tum atro-rubentes, agit, & ipfas nonnifi ex decubitu ere&as, ad

S *vuum*

unum, fummum duos exaltatas, pedes. Folia adamuflim Myrtilli (in tenera praeprimis aetate) niagflitudine, figura, forma : icilicct ovata, breviculo cum acumine; tempore etiam ex ovata bafi iublanceolata, latiufcnla, firma , utrinque glabra (fugaciflimam eorumdem e gemmis modo emergentium pubem, plerisque communem, minime computo) & nitentia, inferne venofo fubreticulata, femper petiolata, ac per oras ferrata, ferraturae dentfculis plus minus callofis. Stipulae pricnum nullae, ferioribus tandem in ramiS'i cumprijiiis extimis , utrinque ad petioli bafin femper praefentes, jam ovatae, jam femiorbiculatae, etflm ovato-acuminatae, numquam non fcrratae* Saturatiore cum ftipulis, folia tinguntur virore fupra; aquofa magis, pallidiora que fubtus, numquam tamen five incana, five fericea, et(i ea in parte rariufculis, ut *dixi,* primum adfpergantur pubefcentias villulis, brevi cadivis. Amenta fat interdum frequentia, propriis femper e gemmis, & dioeca; primum ovata, demum cylindracea, & plus quam pollicem longa; mafcula femper fubfeflilia, *Sc* graciliora; foeminea contra, breviter cum temporepedunculata. Bafi utraque foliolis aliquot fubovatis fubtiliterque ferrulatis ftipata. Ea cserulefcentia Linnaeus dixit; id tamcn *de* mafculis duntaxat oblique *viC\&i Si turn quidetn* prccci/e verum *efl;9* cum nonnihil diducuntur elongata, antheris nondum declaratis, oriturque^fufpicor exinde, quod calycins *eorum* fquams lanceolatas, rubroque de fe violaceae, pills fuis incanis, cum Jam laxius , magisque quam in eiiibryone, rariter adfperiae fint, hunc vehrt ex mifcella plurium, colorem exhibeant. Corolla mafculis foeminisque nulla. Stamina illis duo tantum, glumis calycinis triplo quadruplove tandem longiora, & alba, Anttarae flavae didymae. Neftariuin flaminibus anterius , gracile, tubulofum, cylindraceum, flavens, calyce brevius* Amenta foeminea, mafculis tandem longiora; eorumdem calycina fquamula jitra, pilis & ipfa incanis longisque co,piofe obfita, deciduis denique. Ne-

fta-

ftarium idem, cum eo mafculorum. Germen ovato-attenuatum, nudum, in capfulam abit intra calycem pedunculatam$_K$ ex ovata bafi, elongato-coni-cam,*glabram, flavo-rufeibentem, unilocularem, bivalvem, revuluto-biro-ftrem; ieminibus pappo copiofo, fimplice, pilofo, niveo, fericeo involute Stylus capillaris, brevis, bifidus. Stigmatibus bifidis, flavis, demumnigriR

CUV.

## SALIX PHYLIGSEFOLIA.

Salix foliis petiolatis, ovato-lanceolatis, glabris, margine undiilato-ferra-tis, fupra viridibus fplendentibus; fubtus halitu incano - glaucefcente obdu^tis*

Salix foliis ferratis, glabris, lanceolatis, crenis undatis. *Linn. Jp. plant, p.* i44[2]* *num. 4.* tum *Eor, lapp.p.* $83* *num.* 350* *tab. ft.fig.c.* 6? *num.* 351* *tab.* 3. *fig. d.*

Orefeit in *X&)le RaWenfi* per acf/cenfum montis Predil;" fed nuspiam copiofms, quam in monte Loibl *florens initio Maji, Etiam in convallibiis Taureri Malnixenfis Julio meinyeniffe memiiii* Fruticulus primum unius al-teriusve fpithama?, quaquaverfunj diffufus; in arbufculam adolefcit *denique,* exaltatis ramorum fuorum virgis ad juttam usque humana? ftatur« altitudineni, lentis Temper, &flefti facilibus. Novellorum cortex ramorum, eviridima-gis rubefcit, magisque, dum e rubro denique ſulcefcat glaber (fi pubefcen-tem denial infantiam) Temper, utut eminentibus hinc inde niveis, laVibus-que non raro exalperetur pun&is, tuberculisve. Sed & hi denique, ut Princeps frutlcis truncus, e fufco cinerafcunt cum tempore Icabriufculi. Fo-

liofae cum amentigeris gemmae, promifcue eodem in frutkealternant, nudfc, rubentesque; flores tamen nunquam non diclirii. Folia, fi qua in fpecie alia, in hac certe plurimum variare folent, fola pro diverfitate aetatis. JBreviter petiolata, fuis in ramulis alternant, exftipulata primum, qua magnis in fene&ute ultima ftipulis utrinque vallata funt feflUibus, jam ovato - acutis, jam & femi - fere tircularibus, liberisque raraulum auriculis femiampfexantihus. Nuda glaberrimaque femper, Temper & fupra peculiari refplendentia nitore; opaca fubtus, halituque cblita incano - glaucefcente numquatn depereunte; utque tete, dum tenera adhucdum funt, itipera in pagina, e flavo velut virent, laturatiflime e nigro - viridia futura denique; fie & infera in vetulis .fades non unicolor amplius, rufis jam confpicitur adulterata venarum raniificationibus. Figuram quod eorundem attinet, ea ovata primum, etiam fubrotunda interdum, vel & rarius obovato - oblonga, brevi in ovato-lanceolatam , ac denique in lato-ovalique-lariceolatam abit, ferrato femper margine, atque undulis praeterea intra ampliatas ferraturae crenas, in decrepitis crifpato. Quod^fi itaque Phylics, quam haud novi, folia, margine undulato-fint ferrata, turn profefto non nifi ab ultima demum foliorum state fpecificum Salici huic Linnaeus indidilTe videtur nomen. Amenta tarn mafcula, quam faeminea fuas priirium intra gemmas feffilia, ovata, villis fquamarum calycinarym obdufta; fed longiufcule dein pedunculata, ereftaj rralculis oblonga, obtufe utrinque fufiformia; faeminisiinearia, pro ratione fruticuli longiffima; pedunculo foliolis alterne fparfis, bafique ftipato. Uttaque fquamis calycinis, abfque corolla, oblongis, lineari-lanceolatis. albido - luteolis, apicem verlus dilute rubellis, tandemque fuicefcentibus, & dorfo villis longis, canis, cadivis obfitis, imbricata. Neftarium itidem, utrisque gracile, cylindraceo-tubulofum, apice craffiufculum. tiuncatum & flavum, cum caetera album, & calyce brevius fit Stamina

mina floribus mafculis bina, nee plura obfervavi; calyce duplo triplove longiora, filamentis albis, a bail ad medium usque longe villofis; antheris didyifiLS flavis, Germen floris faeminei ex ovata baft acuminate-roftratum, velut inverfe pyriforme, intra calycem breviflime pedicellatum, leviflime initio fubpubefcens, turn glabrum, viride, ftylo brevi bifido albo; ftigmatibu^&ipfis bifidis, craffiulculis, flavis. Capfula unilocularis, bivalvis, ex ovata bafi elongato-conica, glabra, flavo rufefcens, turn nigra, calycicibus duplo triplove longior, apicibus valvularum dehifcentium reflexo-incurvis. Pappus fen)ina involvens fimplex albus fericeus.

## CLV.

## RHAMNUS PUMILUS. Tab. n.

Rhamnus inermis, repens, floribus hermaphroditis^ foliis petiolatis, ovatis, crenatis.

Rhamnus inermis, repens, floiibus hermaphroditis, foliis ferratis. *Linn* mant. I. p. 49. num. zz. Allion.flor. ped. torn. 2. p. 131. num. 176s.*

Frangula minima rupeftris, Pruno lylveftri afiiiiis Americani folio, *Pluk.Al mag.p. 157-*

Frangula montana pumila faxatilis, folio fubrotundo. *Seguien veron* x.p* 296. num* z.*

Rhamnus rupeftris. *Scopolflor. corn. 2. torn* 1, p. 164. num. 262. tab. 5.*

Goritia olim ad amiciffiittini mifijScopolium, paucis turn (ne Linnaco quidem excepto) notuin fruticulum, qui in altera dein Florae carniolicae editione lub Rhamni rupeftris nomine progofuit. Sed & Linnaeus, refufcitatain

per Seguierium, Turramque ex Rajo, Tournefortioque ftirpem, fuas inter fpecies recepit denique. Nudas inter rupes calcareas, in easdem decumbentibus reclinatus ramis, aut per exefa earumdem foramina traje&is ^rorepens, minime onmino rarus invenitur pygmseus hicce fruticulus adTabacarias Salcani molas in finifixa Soncii ripa, initio florens Junii. Ibi eum quondam ego; nee minus frequentem in faxoiis montis San£be Catharinae, milliario a Goritia; turn circa San Servolo, e petris velut natum; nee non in afperrimis undique Japodum montibus, Obzinam inter & Tergeftum; ubi & in reftam femel, duus tre.$ve pedes altam exaltatum arbuf culam, vidi, qui caulibus quaquaverlum diffufis, adh<erere ut plurimum folet (axis. Truncus humilis, perennans, ramofiflimus, diffufus, decurnbens verius, quam repens, ligno lento, duriffimo^ ex albo fubflavicante; cortice ex rubro fufeu, glabiO, *uu\lv\v*, jialiiu inCano-cinerafcenie obliiu. Kovclli *e* veieribus rami breves, e viridi tandem rubri, villis copiofe decumbentibus obdiitcii, demum cadivis; nullis cetera fpinis, aculeisve (uti neque ipfe, quantus quantus e(l frutex) armati^ Folia annuis.duntaxat in rainulis, laxe, alterneque fparfa, breviter petiolata, ciicinatae primum rotunditatis, demum ovata, plana, fupra glabra, & nitentia, faturato virore fubtus pallidiora, v-enis exftantibus, una cum petiolo fupra canaliculato, rufis, & villofis, margine non tam ferrata, quam obtufe potius crenata. Stipulaepetiolorum bafi utrinque adfident, periturae dein, parva?, lanceolate, villis decumbentibus dorfo obfitae. Flores in racemulis axillaribus, folio breavioribus, ereftis, turn nutantibus; Pedunculi nempe folitarii floruJn a trjbus ad fex, breviter pedicellatorum. Bra&eola pedicelli cujusque, lineari - fubulata, fatwrate & obfeure rubra, decidua. Calyx tubulofo-turbinatus, femiquinquefidus, erefto patens, coriaceus, nudus, extus obfeure ruber, laciniis ovato*acutis fubtus marginatis, fii^ra albida, medio canaliculata* Corrollse

rolls petala (autfi cum Linnseo malis fquamse neftariferse ?) quinque, calycina, cum ejusdem laciniis alternantia, duplo iis breviora, obcordata, introrfum conniventia, alba, bafin verfus in unguem velut decurrentia, & rubra. Stamina itidem quinque, & calycina, fquamulis" an petalis? femite&a, alba, antheris lutefcentibus* Germen globofum, ftylus fhminibus tantillo altior, crafliufculus, ftigmate obtufo. Bacca globofa, obfcure rubra, nitens, an tandem nigra ? trilocularis, trifperma.

## CLVI.

## GERANIUM ARGENTEUM.

Geranium pedunculis bifloris, foliis fubpeltatis feptempartitis, trifidis, to* mentofo-fericeis, petalis emafginatis* *Linn. Jp* plant, p.* 954. *num.* «.

Geranium alpinum longius radicatum adoratum. *Pona apud Cluf. hijl. pag, CCCXL11.*

Geraneum argenteum montis Baldu *Joh. Bauh. Ill P.* a. *p.* 474.

Geranium argenteum alpinum, longius radicatum, *Seguier. veron* I. />.* 471. *tab.* 10.

Vochinenfium indigena alpium, creicit plantarum nitidiflima in vertice Montis Lifez; turn & in ultimo excelfi Cferni Perft dorfo, prorfus non rariffima. A una ejusdem perenni multicipite & forti radice, plurima inter folia radicalia, fcapi quoque plures, foliis perfaspe parum aut nihil altiores, aphylli (nifi cum geminos forte, utrumquebiflornm, fufpendantpedunculos, & ipfi turn diphylli) biflori, furrefti quotannis emergunt* Niteat vero Geranio in ifto, eodem, fericeo ut dicimus argenti, nitore om-

uua,

nia, fcapi, calyces, & cum foliis, eorumdem quoque petioli. Non torn enturn certe, villusimo, fed denfiflimus, fed proftratus, imbricatimque apjpreffus, eft, qui partibus plantae omnibus praeprimis cum oblique cotifpiciuntur, dilutum hunc incani ferici fuperaddit nitorem, quern vulgo argenteum vocant, Quaecunque caeterum, magna in copia, a radice exeunt folia, longiflime ilia petiolata funt, petiolo gracili i bafi vaginantia, & obfcurc non nihil, velut ex fanguine, rubefcentia. Suborbiculata eorumdem circfimfcriptio, profundiffime feptem in legmenta, oblonga, femitrifido-cuneata, partita eft, fegmentis eo magnitudine deerefcentibus inagis, quo inferiore magis funt loco; eorum yero laciniis linearibus, obtufis, integris, intermedia paulo longiore. Scapi petiolis foliorum . fubfequales 9 & ipfi graciles, tere «es, aphylli, apice ex involucre trium, quatuorve, aut & quinque brafteolarucn9 lineari-lanceolatarum, biflori> floribus majuiculis longe pedicellatis* Calyx pentaphyllus, fubcoriacens, foliolis ovato-lanceolatis, concavis 9 integris, corolla duplo brevioribus 9 apice mucrone molli, innocuo, auftis. Corolla pentapetala, niagna, patens; petalis oblongo-obovatis, apice obtufe emarginatis 9 auricularum lebulis fuvfum conniventibus^ dilute in earn ato-rubellis, ftriia bafin verfus faturatioribws. Stamina decem, monadelpha 9 calycis Iongitudine corollis breviora, alterius paulo altioril^us: filamenta alba, fubulata, bafiovata fubmembranaceafornicato-connivente. Antherae ©blongee, verfatiles, primum rubrx, polline aurato-flavente, margine turn Bigricante. Germen quinquagulo ovatum, longe roftratum, ftaminum Iongitudine, ex villis proftratis, perinde ac calyx, foliaque fericeo-argentaturn. Stylus fubulatus ftaiuinibus paulo longior, perfiftens; ftigmata quinque rubra, reflexa. Capfuls quinque ovatae, monofpermse, longe roftratse, a bafi dehifcentes^ furfumque per arcum elevate, ieu reflexa?,

Obfcr-

*Obferv.* Eft, quod htc moneam; non absque incuria fa&um mea, ut ad Geranium Macrorrhizon Linnaei citati nuper fuerint in primo colle&aneorum Jacquinii Volumine p. 258. cum Pona, Seguierhis; citationes itaquehae, hue pertinentes, ibidem deleantur.

## CLVII.

### POTENTILLA SUBACAULIS.

Potentilla foliis ternatis, fubquinatisve, oblongo-obovatis, dentatis, utrinque tomentofis, {ericeo-incanis; fcapis decumbentibus; petalis emarginatis 9 flavis*

Potentilla foliis ternatis dentatis, utrinque tomentofis, kapo decumbente. *Linn.jp. plant, p,* 71 £• *num.* 27. ' *Gerard, fior. gallopr.p.* 469. *num.* 11, *Gmelin.flor.fdir, torn.* 3./?. 183. *num.* 34. *tab.* 36. *fig.* 2.

Incana pentaphylli effigie, Leucas Diofcoridis ? *Lobeh adver. p.* 307, veriffime*

Fragariae affinis fericea incana. *C. B. pin.* 327,

Pentaphylli effigie , Leucas quibusdam. *Joh. Bauh. II. cap.* 83. *p.* 598. qui paginae numerus erroneus, frequenter occurrit.

Fragaria fterilis, molli lanugine pubefcens. *Aman. ruth, p.* 84- *num.* no,

Potentilla grandiflora. *Scopolfior. earn** 2. *torn.* 1. /?. 363. *num. 626. tab. at.*

Prsecox plantula, quas Majo jam paflim defloruerit, admodum occurrit frequens, per omnes Japidiae (Carfcho} montes, e faxorum erumpens rimis, paticula repletis terra. In rupeftribus primum ad famigeratum fanfti Servuli antrum inveniebam; turn frequentiflimum prope Obsinam, *cum* jam de monte Tergeftum defcenditur. Et miratus fane fuiffem, quomodo prse-

clariflimus nofter Scopolius ftirpi tam graphice'a Linnao expreflfe, Grandiflora nihilominus fpecificum imponere potuerit nomen, licet diferte ipfe a Grandiflora Linnaei, (ut reapfe eft) diverfam dicat! nifi quidem probe noviffem, Nitidam Linnaei Potentillam infeliciter plane ab eodena pro iubacauli Linnaei , Albam contra Linnaei pro ejusdem Nitida> etfi modo fub dubio, agnitam fuiffe. Perennis ejusdem radix, lentaque, & in lignum denique abiens, brachiolis radiculisque fuis intra rupium fifTuras undique depafta, adeo firmiter iisdem hasret, ut non nifi operofe falvam inde extrices. Multiceps non raro, ubi-rprimum e terra prorumpit, aut cum etiam non tnulticeps^ copiofum tamen femper radicaliutn foliorum, fcaporumque, foliisvix-dumaltiorum, ad duos, tresve attollit pollices cefpitulum; fubftolonifera ititerdum etiam, dum nempeunum, alterumveejusdem caput, amplius elongatum, in terram decumbit, radiculisque aftis intra petrarum rimas fefe firmat, novam fecuturis annis daturum prolem. Et haec quoque, quanta quanta eft, plantula, tota itidem pallido e virore incanefcit, non absque omni ferici nitore, utut non argentato: Althaeas fere inftar, taftui mollis & byflina. Villus fcilicet fericeo-canefcens, longiufculus, proftratus, depreffusque copiofiffime, denfiffimeque & folia eorumque petiolos ftipulasque, & cum calycibus, ipfos florum fcapos, pedicellosque inflernit. Folia radicalia multa, craffiufcula, & velut fubcoriacea, communiter fuo e petiolo ternata, intermiftis nonnullis quaternatis, tum & quinatis,* accefforio illo uno, autbinis, longe minoribus; foliolaipfa, obovato-oblonga, margine obtufe ferrato-dentata. Eorum petiolus bafi membranaceo-vaginans, in ftipulas abit longiufculas, lineari-knceolatas, integras* Scapi graciles, teretes, foliorum plus minus altitudine, rarius pra?cife uniflori, rarius etiam penitus aphylli, ut non immerito fubacaulem Linnaeus dixerit ftirpem# Plerumque duos, tresve longiufculis in pedicellis ferunt flores, majusculos quidem,

non

non tamen, qui admirationem mereantur, ultra modum magnos. Praeterfoliola bra&eaeformia, ovali-lanceolata, unum alterumve, ad pedicellorura exortum, aut in iisdem, feflilia; unum item alterumve, inter fe remotiuscula occurrere item in inferiore fcapulorum parte folent, & ipfa iefliiia, femitrifido - cuneata* Calyx monophyllus plusquam femidecemfidus, lacinulis lanceolatis, integris, alternis, iisque interioribus, paulo minoribus. (Corolla calyce duplo major, pentapetala, patens; petalis emarginato-obcordatis, faturate flavis, ungue exiguo, calyci infertis. Stamina plurima, calycina; filamentis calycis altitudine, fubulatis 9 flavis, antheris oblonga-ovatis, & ipfis quoque flavis. Germina copiofa, ovato-gibba, in capitulum collefta, feflilia, flaventia, albido-villofa, ftylo brevi, filiformi 9 *de* latere interno germinum, fub apicevelut orto, & nudo, inftrufta. *Stigtpz* fimplex, obtufum. Semina exfucca, decalvata, aquofe fubflavicantia- Odor nullus.

## CLVIII.

## BOLETUS SUAVEOLENS.

Boletus acaulis femielliptoidicus niveuS; (upra convexus, byffino-villofulus; fubtus tubulofo - porofus, poris rotundis angulatisque ; Anilum redolens, falicinus*

Boletus acaulis, luperne (cum tempore) lxvis , falicinns* *Linn. fp. plant.* p. *1646, num. 7. Gunnerflor. norv. P. 2. p.* 137. *num.* 1052, *Enslin. Bijfert. de Bolet.p.* 13* *fig* * *• a. 3. 4. opthne.

Polyporus feffilis, convex© planus albiffimus, fuperwe hirfutus, poris latioribus. *Haller hiji. flirv. helv< torn.* 3. *p.* 140. *num. % %* 80. ob citatum Bux-' bauoiium,

T % Fre-

Frequens in Carinthia, neque tamen alia in arbore haaenus, quam Salice alba, *bey den Mühlen an der Klan* (Clana, olim Glinus, cujus accolae Glintidones) *ohmveit der Thyfifchen Walkmuhk, dann zu Fefchnig oder Ehrenhaufen. Auch ridchjt der Franzmtihle. Ah* autumno usque in ver infequens. Multis ab annis notiflimum fungum, aufus tamen non fueram affeveranter pronunciare, eumdemque omnino cum fuaveolente Linnsi effe. Obftitit fumma fummi Viri autoritas, qui tevem difertis femper pronunciavit verbis, Attamen ferius didici denique, lsevorem hunc nonnifi vetulo demum, & pene effaeto convenire, cum reapfejuvenili vegetaque adhucdum in astate ftipate fupra fit villofulus, & byffino - omnino tomentofus. Quamvis autem fufae Cl Enslii defcriptioni addi credam poffe nihil, in eorumta- •*sen gratiam, ad quos erudita ifthac diflertatio forte haud pervenerit, brevemhanc, veramque Fungi adumbrationem fubjungo: fubftantia parafitici hujus Boleti fungofo-coriacea, denfiflima, lenta, tenax, nivea, Anifum, aut & Scandicem odoratam redolens. Figura, qualis parafiticorum fere omnium, latere altero arboribus increfcentium, femielliptoidicanempe; jam in femicfrcuium velur contrafta; aut & transverfe elongata magis, diametro longiore a tribus ad usque feptem pollices fefe extendente, cum qua Iongitudinem ejusdem metitur, eaque minor, daos tresve, vixque plures attingat. Altitudo, quam & craffitudinem dicas, quaque arbori adharere folet, unius, nee facile duorum, nifi rarius, eft pollicum, decrefcitque magis magisque, extimum verfus circumferentia marginem. Pileus itaque ftipitis expers, dimidiatus, fubfemi elliptoidicus, latere altero ialicibus annofis accrefcens, horizontalis, niveus, fupra plus minus convexus, pulvinatus, initio villo brevi byffino denfiffimo, ereao, & ipfo quoque niveo, obfitus, dum state calvefcat, la vis fadus. Margo nunc integer, alias lo- *hztus*, cum tempore ex niveo-fubflavefcens, & ex flavicante aquoie etiam

iiib-

fubfuicefcens, acutus. Pars infera tubulofo-porofa, itidem nivea, nifidum exficcatione, aut fenio aquofe fufcefcat* Tubuli, arbori matri, proximi, iis qui margini adfiti funt, longiores, cum tempore fere tetragoni. Eorumdem ofcula, primum circinatae rotunditatis, acicularia, conferte denfata; diducuntiir deinceps magis magisque, angulataqiie fiunt, ut capitellum jam acicularum iisdem immittere valeas* Iridis florentinae odorem in eo fe obfervaffe alii paffim afferunt; ego vero, omnesque, quibus recentcm odorandum exhibui, nonnifi debilem, {uaviffimumqug Anifi, five & fcandicis, ut innui, odorafce Linnaei. Occurrit & faftigiatus interdum, ex rautuo fuperimpofitis tophis.

## CLIX.

### BOLETUS HIRSUTUS.

Boletus acaulis, femicircularis, piano- convexus, albiffimus, fupra hirfutiffimus, lineis concentricis alternis depreffis; fi^btus poris rotundato-angulatis.

Vulgatifllmum fungum paffim in fylvis Labaci, ac Clagenfurti, quibusvis fere in arborum truncis, etiam nonnumquam in pomiferis, inveni. Hie multo priore minor, nee tarn copipfa unquam carne; odore, qui adnotari mereatur, nullo. Lamins fcilicet lunt femicirculares ut plurimum, unum femialterumve pollicemJatcB, altae lineas nonnifi quinque aut fex, undique albiffimae in aetatis flore. Caro iis non admodum multa, eaque ficca, coriacea, lenta, & ipfa alba. Figura pulvinata, fupra videlicet leniter convexa, fubtus plana. Villus denfiffimus, duas altus lineas, femper ereftus, fungo concolor, fuperam undique convexitatem occupat, in concen-

